

175 Dices: Ad hoc ut Angelus in primo instanti sue creationis peccare poterit, sufficit quod in eo instanti fuerit liber, libertate contradictionis & exercitii: Ergo saltem si hanc libertatem in primo instanti creationis habuit, in illo peccare potuit. Consequenter patet, Antecedens probatur. Angelus in primo instanti sue creationis tenebatur ex precepto divino elicere actum dilectionis Dei super omnia: At si fuit liber quoad exercitium, respectu predicti amoris, potuit tunc non amare, seu amorem illum omittere; maxime quia tunc Deus potuit illi denegare auxilium efficacax ad illum elicendum; hujus enim auxilii collatio illi non erat debita, sed omnino liberalis & gratuita: Ergo tunc potuit Angelus peccato saltem omissionis peccare: nam posse peccare peccato omissionis, est posse non elicere actum ad quem aliquis ex precepto tenetur, seu posse illum omittere.

176 Respondeo negando Antecedens. Ad cujus probationem, conceda Majori, distingo Minoram. Potuit non amare, seu amorem omittere, potentia antecedenti, seu in sensu diviso, concedo: potentia consequenti, seu in sensu composito, nego. Vel secundo distingo, potuit non amare, prout non amare dicit precise puram negationem amoris, concedo: prout dicit privationem amoris, nego. Vel tertio, potuit non amare, seu amorem omittere, omissione physica & naturali, concedo: omissione morali & culpabili, nego. Unde egregie Cajetanus hic art. 6. §. ad hoc breviter, ait voluntatem Angeli in primo instanti potuisse incurrere omissionem actus (quia alias libera non fuisset) non tamen omissionis peccatum.

Postulat autem hoc explicari exemplo Christi Domini, qui respectu actus cadentis sub precepto fuit liber quoad exercitium: & tamen peccare non potuit: quia quamvis illum actum potuerit non elicere, potentia antecedenti, & in sensu diviso, non tamen potuerit consequenti, & in sensu composito: vel quia licet potuerit omittere talem actum, prout omisitio est pura negatio actus oppositi, non tamen ut est privatio actus, ut debuit: de quo plura in Tractatu de Incarnatione disput. 21. art. 3. §. 3. cum agemus de concordia libertatis Christi cum ejus impeccabilitate.

Ad illud vero quod subjungitur de denegatione auxilii efficacis ad actum amoris elicendum, dicendum est, quod licet Deus potuit absolute denegare Angelo in primo instanti sue creationis tale auxilium efficacax, non tamen ex hypothese quod illum elevaverit ad ordinem supernaturalem. Cum enim gratia perficiat Angelum, juxta modum nature ipsius, conditio autem nature angelice exigat habere in primo instanti dilectionem Dei ut ultimi finis naturalis: sit ut Angelo elevato ad ordinem supernaturalem debeat actus caritatis; & ideo Deus, supposito hac elevatione, teneatur dare auxilium efficacax ad elicendum hunc actum in primo instanti: alias Angelus in primo instanti esset conversus ab eo ut sine supernaturali, utpote & privative averfus ab eo ut sine supernaturali, utpote ad quem ut talem tenetur se convertere. Sicut ex suppositione quod Deus imponat Christo Domino preceptum dilectionis supernaturalis, tenetur illi dare auxilium efficacax supernaturale quia persona impeccabilis est.

177 Obijcies tertio: Angelus in primo instanti sue creationis mereri potuit, & de facto meruit, ut docet S. Thomas hic art. 5. ad 3. & 4. Ergo etiam in eodem instanti potuit demereri seu peccare. Consequenter probatur: quia plus requiritur ad merendum, quam ad demerendum, nam mereri est bonum quoddam perfectum, demereri autem est malum.

178 Respondeo concedo Antecedente, negando Consequentiam. Ad cujus probationem dico non plus, immo minus requiri ex parte indifferentie voluntatis ad merendum, quam ad peccandum: nam ad merendum sufficit libertas quoad exercitium, ut patet in Christo, & in sanctis confirmatis in gratia; cum tamen ad peccandum requiratur ista, & insuper libertas quoad specificationem, seu libertas contrarietatis, quae est inter bonum & malum. Tamen cum hoc sit commune illud axioma, nempe quod plus requiritur ad bonum, quam ad malum: quia ad bonum requiritur concursus omnium circumstantiarum debitarum; ad malum vero sufficit defectus unius ex illis, juxta illud commune effatum: bonum ex integra causa; malum vero ex quocumque defectu.

Ado, quod licet Angelus in primo instanti mererit premium perfectum & plenum, non tamen perfecto & pleno modo: quia licet libere illud mererit, non tamen omnino movendo se, sed ut peculiariter motus & applicatus a Deo ad elicendum actum caritatis, necessarium quoad specificationem, & liberum solum quoad continuationem & exercitium: Ex hoc autem modo libertatis & meriti, non potest colligi, Angelum posse etiam demereri; nam Deus non potest speciali ratione applicare illum ad demerendum.

Obijcies quarto: Angelus in primo instanti habebat potentiam peccandi; quia non erat tunc regula omnium futuram operationum: Ergo tunc peccare poterat.

179 Confirmatur: Angelo in secundo instanti non advenit

aliquid intrinsecum, quod antea non haberet: Ergo in primo instanti idem potuit quantum est ex principis intrinsecis; & ita si ponatur impeccabilis pro primo instanti, solum erat impeccabilis ex mantentia Dei extrinseca, subindeque de absoluta saltem Dei potentia, in primo instanti peccare poterat.

Ad argumentum respondeo distinguendo Antecedens: 180 habebat potentiam peccandi, reducibilem ad actum pro illo instanti, nego: pro aliis instantibus sequentibus, concedo. Licet enim non esset sibi regula operandi, pro illo instanti, debebat tamen necessario habere regulam bene operandi sibi conjunctam; quia non poterat ab alio moveri, quam a Deo, pro judicium rectum & indefectibile.

Ad confirmationem distingo Antecedens: non advenit aliquid intrinsecum, ex parte voluntatis, esto: ex parte intellectus, nego: nam in secundo instanti potest habere dictamen defectuosum, non vero in primo: unde quia defectuosum dictamen simpliciter est necessarium ex parte intellectus ad peccandum, ideo ex defectu alicujus intrinseci Angelus non potest peccare in primo instanti; cumque Deus illud non possit supplere, nec formare in Angelo dictamen defectuosum (alias defectus in Deum refundetur) Angelus, de potentia etiam absoluta, in eo instanti peccare non potest. Quapropter egregie ait Joannes a S. Thoma; non posse dari peccatum in Angelo in primo instanti creationis, sine dictamine defectuoso: quod si formatur a Deo, deficit Deus; si vero non formatur a Deo, pro illo instanti, non deficit Angelus; quia ex se formare illud non potest pro illo instanti & primo actu.

Obijcies ultimo: Quamvis prima operatio Angeli non possit esse mala, ob rationes supra assignatas, non sequitur tamen Angelum non posse peccare in primo instanti creationis: Ergo rationes illae non probant intentum. Consequenter patet: Antecedens probatur: quia Angelus potest habere in primo instanti creationis plures operationes, quarum prima existente bona, secunda vel tertia poterit esse mala & peccaminosa; & ita quamvis prima operatio Angeli non sit, nec possit esse mala, ille tamen poterit in primo instanti sue creationis peccare.

181 Respondeo negando Antecedens. Ad probationem dico, hoc ipso quod prima operatio voluntatis angelice, debeat esse recta in primo instanti, impossibile esse quod in eodem instanti aliqua operatio mala in eo reperitur. Cujus ratio est, quia prima operatio Angeli, debeat esse dilectio sui ipsius, & Dei ut auctoris tam supernaturalem quam naturalis: cum hac autem dilectione Dei est impossibile omnis actio mala: Ergo prima operatione existente bona, non possunt aliae in eodem instanti elicere esse mala: Deinde si Angelus in primo instanti creationis possit habere plures operationes, quarum prima existente bona, aliae essent male, posset simul habere plures actus, per modum plurium, cujus oppositum supra ostendimus disp. 10. art. 2. Ado quod operationes quae sunt in eodem instanti, debeat esse subordinatae: nam ut docet D. Thomas quest. 16. de malo art. 4. diversae actiones Angeli non subordinatae, diversae consistunt instantia temporis discreti: Sed operatio bona, & operatio mala, non sunt subordinatae, ut patet: Ergo non potest Angelus habere in eodem instanti plures operationes.

182 Que D. Thomas docet in sequentibus hujus questionis articulis facilia sunt, vel jam explicata: quae enim art. 6. dicit de via Angelorum, ex professo supra disp. 12. art. 4. tractavimus. In articulo autem 7. querit an supremus inter Angelos peccaverit? & respondit quod quamvis sententia Damasceni id negantis, nulla censura notanda sit, sententia tamen affirmans est probabilior, & Sacra Scriptura conformior: nam Job 40. Lucifer, sub typo Behemoth appellatur Principium viarum Dei; quae verba sic interpretatur Gregorius 32. Moral. cap. 18. Principium viarum Dei Behemoth dicitur: quia mirum cum cuncta creans ageret, hunc primum condidit, quem reliquis Angelis eminentiorem fecit. Item Ezechiel. 28. Lucifer appellatur hom. 34. in Evangel. subdit: Non ad similitudinem Dei factus, sed signaculum similitudinis dicitur, ut quo in eo sublevis est natura, eo in illo imago Dei similitus insinuetur expressa. Hoc subditur (pergit idem) Omnis lapis pretiosus operimentum ejus, novem autem ibi Propheta lapides numerat, quia novem sunt ordines Angelorum: quibus ordinibus ille primus Angelus ideo ornatus & operis extitit, quia dum cunctis agminibus Angelorum praeerat, ex eorum comparatione clarior fuit. Demum Ezechiel. 31. de eodem Lucifero sub figura Regis Tyri dicitur: Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei. . . . Omne lignum paradisi Dei non est assimilatum illi, & pulchritudini ejus: quoniam speciosum fecit eum in multis condensisque frondibus. Quae verba similiter idem Gregorius ibidem expendens, subdit: Quid namque accipi in cedris, abietibus, & plantis potest, nisi illa virtutum caelestium proceras celsitudinis agmina, in aeterna laetitia videri se plantata: quae quamvis excelsa sine conditis, hinc tamen nec praelata sine nec aequata, qui speciosus factus in multis condensisque frondibus esse dicitur: quia praelatum ceteris Angeligeniis, tanta illum species pulchritudinis residit, quanta

& supple.

Et supposito Angeli multitudine decernit. Unde Bernardus in primo serm. de Adventu: Initium omnis peccati superbia, quae tam velociter ipsum quoque Iherosolymis cunctis clarior micantem aeterna caligine obtenebravit Luciferum: quae non modo Angelum, sed Angelorum principem in Diabolum commutavit.

184 Dices: Scriptura Luciferum inter Cherubinos collocat, emque Cherubinum appellat, ut patet ex illis verbis Ezechielis 28. Tu Cherub exornatus & protegens, pesisti te in monte sancto Dei: Sed ordo Cherubinum est inferior ordini Seraphinorum, ut docet Dionysius 7. cap. caelestis Hierarchie: Ergo Lucifer inter Angelos supremus non fuit.

Respondeo cum D. Thom. hic art. 7. ad 1. Luciferum in Scriptura non denominari Seraphim, sed Cherubim: quia Cherubim denominatur a scientia, quae potest esse cum peccato mortali; Seraphim vero ab ardore caritatis, quae cum peccato mortali est incompatibilis, & quam Lucifer peccando totaliter amisit, ut lepide illi exprobrat Bernardus, serm. 3. de verbis Isaiae, his verbis: Ut quid ergo, tu qui mane oriebaris Lucifer, in veritate non stetit, nisi quia Seraphim non fuisti? Seraphim quippe ardens sentiens condens interpretatur: tu vero habuisti, miser, lucem, sed ardorem non habuisti. Bonum eras tibi, si ignis esses quam Lucifer, nec tam immoderato appetitu lucendi, ut eras frigidus ipse, frigidam quoque aligeres regionem.

185 In art. 8. conclusit S. Doctor, primum Angelum per suum peccatum fuisse aliis causam peccandi, non cogentem, directam, & ex parte principii actus peccaminosi moventem (quia sic sola voluntas peccantis est causa propria peccati) sed indirectam, & moventem ex parte objecti, quatenus scilicet Lucifer, inordinate amando propriam excellentiam, proposuit aliis obiectum sui peccati absque regula divina; ad quod non est necesse (inquit in resp. ad 1.) peccatum primi Angeli fuisse prius in aliquo instanti temporis, sed sufficit praecessisse in instanti nature.

186 Huic conclusioni D. Thom. favent innumera Scripturae testimonia: Apocalypsis enim cap. 12. legitur quod Draco cauda sua tertiam stellam cui partem traxit. Quae verba SS. Patres de Lucifero, ceterisque Angelis, cum ipso eodem cadentibus, interpretantur. Unde Cyrillus Hierosolymitanus, catech. 2. isre, inquit, traxit ad ruinam multos. Et Nazianz. carn. 6. sic habet:

Haud solus cecidit Lucifer, verum agmina septus legenti sceleris cui dux fuit atque magister.

Dux scilicet per exemplum, & magister per suggestionem. Item Isaiae 14. eidem Lucifero dicitur: Tu certam reman disperdidisti, tu populum occidisti. Unde Hieronymus: Lucifer (inquit) quae sibi Deus in corruptionem adhaeret perit perdidit.

Ado cum D. Thom. quod hoc habet ordo divinae iustitiae, ut cujus suggestionis aliquis consentit in culpa, ejus potestati subdat in pena, juxta illud 2. Petri 2. A quo quis suggestus est, hujus & servatus est. Atqui omnes mali Angeli subduntur Lucifero in pena, secundum illud Matth. 25. Ite maledicti in ignem aeternum, qui parati estis Diabolo & Angelis ejus: Ergo illi adhaere in culpa.

Ex his intelligit, Luciferum malorum Angelorum, omniumque reproborum caput, non immerito appellari, cum non dignitate magis ceteris, quam improbitate, & peccandi auctoritate ac exemplo praestet. Unde Gregorius lib. 4. Moral. c. 14. Sicut idem Redemptor noster, una persona est cum congregacione honorum; ita natusque caput est corporis, & nos hujus capitis corpus: ita antiquus hostis una persona est cum cuncta collectio reproborum; quia ipse eis ad iniquitatem, quasi caput subjungit; illi autem dum ad persuasum deserviant, volus subjunctum capiti corpus inhaerent.

187 In articulo ultimo docet numerum Angelorum qui peccaverunt esse majorem: quia cum natura in paucioribus deficiat, illud quod est contra inclinationem naturalem reperitur in paucioribus: Sed peccatum est contra inclinationem naturalem creaturae intellectualis: Ergo plures Angeli steterunt, quam ceciderunt. Non est autem eadem ratio de hominibus: quia in homine est duplex appetitus, intellectualis & sensitivus, & ideo plures homines deficiunt a bono rationis. De quo Cajetanus 1. d. q. 71. art. 2. & Ferrarisenis 3. contra Genes cap. 76.

DISPUTATIO XIV.

De pena Daemonum.

Ad questionem 64. D. Thomae.

Quia prima est effectus culpa, merito, absoluta quae ratione de primo peccato Angelorum, agitur de illorum pena: quae duplex est, una ab agente extrinseco infligita, alligatio scilicet ad ignem inferni, de qua Sanctus Doctor art. ultimo, alia ad solos actus interiores pertinet: & haec adhuc triplex est, una pertinet ad intellectum.

Thom. Conter, Tom. II.

lectum, & vocatur obtenebratio, de qua art. 1. aliae duae pertinentes ad voluntatem, scilicet obtinatio in malo, & dolor, de quibus art. 2. & 3. Quantum ad obtenebrationem intellectus Daemonum, & illorum dolorem, nihil occurrit dicendum; textus enim S. Thom. clarus est, nec ulla indiget interpretatione: circa vero illorum obtinationem & alligationem, duae sese offerunt celebres controversiae sequentibus articulis resolvendae.

ARTICULUS I.

Utrum obtinatio Daemonum non solum ex subtractione Divinae gratiae, sed etiam ex liberi arbitrii inflexibilitate proveniat?

Sotus & Gabriel in 2. dist. 7. quos sequuntur Suarez, & Vasquez, Molina, & alii recentiores communiter, contendunt unam, & propriam causam obtinationis Daemonum esse subtractionem divinae gratiae, quam propter eorum peccata iusto iudicio Deus abulit: inflexibilitatem vero liberi arbitrii eorum, nec causam esse talis obtinationis, nec libere eorum arbitrio convenire. Thomista vero cum S. Doctore hic art. 2. & aliis locis infra citandis, obtinationis Daemonum (quae nihil aliud est quam immobilis adhaesio voluntatis ad malum semel ab illis commissam, subindeque & impotentia ad poenitentiam de illo) duas assignant causas: unam extrinsecam & ex parte Dei se tenentem, subtractionem scilicet divinae gratiae; aliam intrinsecam, & se tenentem ex parte ipsorum Daemonum, nempe inflexibilitatem liberi arbitrii eorum, ratione cujus exigant causam extrinsecam, scilicet esse extra viam, & privari omni auxilio retrahente a malo. Unde fit

§. I.

Sententia D. Thomae praefertur.

188 Deo ergo primo, connaturale esse Angelo, immobili- ter adherere obiecto quod semel omnino deliberate & perfecte apprehendit & amplexus est; & ita radicem primam & potissimam, seu causam intrinsecam, unde provenit obtinatio in Daemonibus, esse liberi eorum arbitrii inflexibilitatem. Ita D. Thomas in 2. dist. 7. q. 1. art. 2. & ibid. ad Annibaldum, & q. 10. de malo art. 5. & de verit. q. 24. art. 10. & hic art. 2. ubi sic dicitur: Ad inquirendam ergo causam hujusmodi obtinationis considerandum est, quod vis appetitiva in omnibus proportionatur apprehensione, a qua movetur, sicut mobile a motore &c. Differt autem apprehensio Angeli ab apprehensione hominis in hoc, quod Angelus apprehendit immobiliter per intellectum; sicut & non immobiliter apprehendimus prima principia quorum est intellectus: homo vero per rationem apprehendit mobilitate, discurrendo de uno ad aliud, habens viam procedendi ad utrumque oppositum. Unde & voluntas hominis adhaeret alicui mobilitate, quasi potens etiam ad se discedere, & contrario adhaerere: voluntas autem Angeli adhaeret fixe & immobiliter: & ideo se consideratur ante adhesionem, potest libere adhaerere & hinc & oppositum, in his scilicet quae naturaliter vult; sed postquam jam adhaesit, immobiliter adhaeret. Et ideo consuetudo alicui, quod liberum arbitrium hominis flexibile est ad oppositum, & ante electionem & post: liberum autem arbitrium Angeli est flexibile ad utrumque oppositum ante electionem, sed non post. Sic igitur & boni Angeli semper adhaerentes iustitiae, sunt in illa confirmati: mali vero peccantes, sunt in peccato obtinati. Quibus verbis S. Doctor conclusionem nostram & docuit & probavit, ratione fundamentali, quae potest sub hac forma proponi.

Connaturale est Angelo omnino fixe & immobiliter apprehendere obiecta quae deliberate & perfecte apprehendit: Ergo etiam illi connaturale est, fixe & immutabiliter ea eligere, eisque immobiliter adhaerere: Ergo obtinatio seu immobilis voluntatis angelicae in malo, provenit ex ipsamet natura intellectus & voluntatis Angeli, tanquam ex prima & intrinseca radice, & non solum ex subtractione divinae gratiae. Haec ultima consequentia est evidens. Prima vero probatur: Tum quia sicut voluntas nostra ideo est mobilis de uno obiecto in aliud, quia iudicium nostrum est mobile & flexibile: ita & contra si iudicium Angeli sit omnino fixum & immutabile, ejus voluntas immobiliter eligit, & adhaeret obiectis quae deliberate & perfecte apprehendit: Tum etiam, quia ut observat hic S. Thomas, vis appetitiva in omnibus sequitur apprehensivam, & illi proportionatur: cujus evidens signum est, quod appetitus sensitivus est boni particularis, intellectivus vero boni universalis, sicut sensus est apprehensivus singularium, intellectus vero universalium. Antecedens vero, in quo est difficultas, sic ostenditur. Intellectus perfecte apprehendens aliquid obiectum unico intuitu & sine discursu, apprehendit illud omnino fixe & immobiliter, ideo etiam nos fixe & immobiliter apprehendimus prima principia, cetera vero mobilitate, quia illa per simplicem intuitum & sine discursu, haec vero vel non perfecte, vel cum

cum difficultate cognoscimus. Sed Angelus cognoscit omnia obiecta, sive naturalia, sive supernaturalia, sine discursu, & simplici intuitu penetrando omnia que in illis continentur, ut disp. 10. art. 3. contra Scotam, Suarez, Molinam, aliosque Recentiores fuisse offendimus: Ergo illa omnino fixe & immobiliter apprehendit.

3. Confirmatur: Ut Angelus recederet & retraheretur ab aliquo obiecto quod elegit, deberet deprehendere in eo aliquam rationem, quam antea non cognovisset: Sed non potest ullam de novo in eo rationem deprehendere: Ergo nec ab illo dimoveri. Major est evidens, Minor probatur. Quia hoc ipso quod Angelus non intelligit res per discursum, sed simplici intuitu, penetrando conclusiones in principis, & predicata in subiectis, attingit eas modo comprehensivo, subindeque penetrando omnes earum rationes. Quia ergo Angelus in primo instanti plena deliberationis, apprehendit in principis naturalibus perfectissime comprehensibilis, & in supernaturalibus certo fidei lumine cognitis, omnes rationes, & omnia motiva, que poterant ipsum vel ad obiectum peccati inducere, vel ab eo retrahere: ideo hoc ipso quod in alteram partem se convertit, ad eam declinavit irrevocabiliter. Et hac est ratio propter quam homines, non autem Angeli admitti sunt ad penitentiam; quia scilicet Angelus ex sua natura est spiritus vadens & non rediens; homo vero flexibilis & mutabilis, & veluti arundo, que ad omnem flatum movetur.

4. Dices: Angelus in primo instanti plena deliberationis potest inaduate uti cognitione principiorum naturalium aut supernaturalium, ad cognoscendam unam veritatem quantum ad aliquam, & non quantum ad omnia, & ad apprehendendam in obiecto, circa quod erat deliberatus, unam rationem, vel unum motivum, non vero aliud: Ergo etiam potuit circa illud variare affectum, quia variatio affectus necessario sequitur variationem cognitionis.

5. Verum hoc instantia nullius est momenti: dato enim quod Angelus possit inaduate uti cognitione principiorum, sicut inaduate uti potest representatione specierum, non potest tamen hoc modo procedere perfecte judicando & eligendo, sed oportet quod utatur suo connaturali modo cognoscendi comprehensive: si aliquando autem perfecte & ex plena deliberatione judicavit & elegit, certe maxime in primo instanti plena libertatis, in quo urgebat occasio deliberandi de fine ultimo, & de eterna felicitate. Si enim prudens ac solertes viri in rebus magni momenti peragendis, ad omnes attendunt circumstantias, quas possunt deprehendere, merito judicare debent illi non fuisse omnium ab Angelis, propterea non peccarunt ex ignorantia vel errore, sed cum perfectissima cognitione speculativa; quomodo in iudicio pratico habuerint defectum considerationis, qui stare potest cum perfectissima cognitione speculativa.

6. Addo, quod quamvis Angel. possit uti inaduate principio aliquo, aut specie, ad hoc vel illud cognoscendum, hoc ipso tamen quod applicat aliquod principium aut speciem ad aliquam speciem veritatem cognoscendam, necesse est quod consideret omnes rationes habitudinis, quas conclusio, seu veritas illa habet cum principio, quod est procedere semper modo comprehensivo, & attingendo principium secundum omnem rationem secundum quam evidenter aut certo cognita aliqua conclusione speculativa vel predicta in aliquo principio, nunquam amplius variari possit talis cognitio, nec consequenter electio, que per eam regulatur; & ita ad mutabilitatem seu flexibilitatem liberi arbitrii in Angelis non confert quidquam inaduatatus usus principiorum aut specierum, qui potest reperiri in intellectu Angelico.

7. Probatur secundo conclusio alia ratione, quam habet S. Thomas locis citatis. Angelus est forma simplex, in qua scilicet non sunt vires apprehensiva & appetitiva, diverse rationis: Ergo quando uni obiecto per tales vires adheret, an poterit non immobiliter adherere. Probatur consequentia: quia hoc ipso quod non est in Angelo aliqua potentia inducens ad contrariam adhesionem, conjungitur & adheret obiecto veluti totus & totaliter.

8. Confirmatur & magis illustratur hac ratio. Ex triplici capite habet homo quod possit mutare fallam affirmationem de aliquo obiecto semel habitam: primo ex impetu passionis, per quem interceptur iudicium rationis: secundo ex inclinatione habitus, que facit ut habenti habitum, conveniens appareat obiectum talis habitus; unde dicit Philosophus 3. Ethic. Quodammodo inchoat inchoat est dispositio, talis fuit videtur est: tertio ex ignorantia in universali. Primo modo potest mutari falsa affirmatio, passione deservente, vel ex contrariedade alterius passionis: secundo modo ex contrario habitu existente in alia facultate: v.g. falsa affirmatio, habita ex inclinatione habitus existentis in appetitu concupiscibili, potest mutari per oppositum iudicium, habitum ratione habitus existentis in irascibili: tertio denique modo per hoc quod ille qui habet fallam iudicium de aliquo particulari eligibili, sem-

per retinet affirmationem rectam de fine ultimo; qui cum se habeat in operabilibus, sicut primum principium ex speculabilibus, potest corrigere iudicium illud fallsum de particulari eligibili: sicut ille qui errat circa conclusionem speculativam, potest corrigi ex primo principio, discurrendo; si vero quis erraverit circa ultimum finem, ille in corrigibilis est, quia non superest aliud principium ex quo possit corrigi. Porro nullum horum trium habet locum in Angelo: non quidem primum, aut secundum, quia peccatum Angelus non habuit ortum ex passione vel habitu: sed neque etiam tertium, quia peccatum Angelus fuit circa finem ultimum: Ergo Angelus non potest peccatum semel commissum retractare. Unde Fulgentius de fide ad Petrum cap. 3. Omnes illi peccatores Angelus, nec mala possunt unquam voluntate carere, nec paria; sed permanente in eis iniusta aversio male, permansit etiam iusta retributionis eterna damnatio. Et Gregor. 34. Moral. cap. 6. Cor antiqui hostis ut lapis indurabitur, quia nulla unquam conversionis penitentia mollietur. Item Laurentius Iulianus sem. in fello S. Michaelis: Post electionem (loquitur de natura Angelorum) sive in bono, sive in malo, immutabilem habet firmitatem: ad quod enim se vertit, inflexibilis est.

Denique suaderi potest conclusio probabilis. Angelus, cum sit medius inter Deum & hominem, medio modo se habere debet, quoad suas electiones & volitiones omnino deliberatas: Sed Deus est omnino immutabilis ante & post electionem, homo vero mutabilis, etiam post electionem: Ergo Angelus erit quidem mutabilis ante perfectam electionem, non vero post illam.

Dico secundo, causam extrinsecam obstinationis Demonum, esse subtractionem divinam gratie, quam propter eorum peccata iusto iudicio Deus abstinuit. Ita D. Thomas quest. 16. de malo artic. 5. ad 3. ubi ait: Deus est causa finis Angelorum, in quo sunt obstinati in malo, non quidem sicut confando vel conservando malitiam, sed sicut non impartiendo gratiam. Sic enim dicitur aliquos indurare, secundum illud ad Roman. 9. Corneus vult miseretur, & quem vult indurat.

Probatur etiam ratione: Cum enim subtracta gratia, ad detestandum peccatum & bonum sciendum requisita, inflexibilis sit voluntatis affectio ad malum, oportet quod ex subtractione omnis gratie sequatur in Demonibus immobilis adhesio ad finem pravum, quem sibi prelarerunt: non consecratione, inquam, physica, & vere causalitatis, sed consecratione logica, & illationis, seu per modum remotionis causae prohibentis; sicut ex remotione falsis sequitur corruptio carnis, & ex subtractione columnae calis lapidis qui ab illis sustentatur, ut in Tractatu de scientia Dei disp. 4. art. 5. fuisse declaravimus: Ergo causa extrinseca obstinationis Demonum est subtractio divinæ gratie.

Ratio autem cur illis denegetur omnis gratia, petitur primo ex statu damnationis, qui est communis hominibus & Angelis: hic enim status habet quod sit status summæ miserie; status autem summæ miserie exigit subtractionem omnis gratie.

Addo quod, sicut gravibus & levis extra centrum existentibus, debetur concursus, quod moveatur in centrum, non autem quando iam sunt in centro: ita etiam creaturæ intellectuali, existentis in termino, non debetur auxilium, quod moveatur ad terminum & ultimum finem: Ergo cum omne auxilium gratie sit de se directum ad ultimum finem, qui est Deus & beatitudo, oportet quod status ponens creaturam extra viam, reddat illam incapacem omnis gratie: unde D. Thomas, loco citato, in corpore articuli ait: Non pertinet ad rationem divinam sapientiam, ut ulterius Demonibus gratia infundatur, per quam revocentur a malo primo versio, in qua immobiliter perseverant; & rationem assignat, quia non sunt in statu viatorum.

Secundo denegatio omnis gratie in Demonibus petitur specialiter ex modo operandi Angelis connaturali: nam cum habeant immobiliter adherere obiecto, semel per perfectam deliberationem electo, convenit ut ipsi non derent auxilium quod avertatur a tali obiecto; Deus enim communicat gratuita, non destruendo naturalia, sed perficiendo, & ad modum ipsorum.

Potest etiam suaderi conclusio, ratione quam insinuat S. Doctor loco citato: Mutatur enim, inquit, in nobis liberum arbitrium, ex causa intrinseca, & ex causa extrinseca; a seipso scilicet, & a Deo: Ergo si voluntas Demonum est immutabilis & obstinata in malo, hoc ex duplici causa debet provenire, intrinseca scilicet, ex parte liberi arbitrii, & extrinseca, ex parte Dei, quod non potest esse alia, quam subtractio divinæ gratie. De qua loquitur Fulgentius de fide ad Petrum cap. 3. dum ait: De Angelis hoc Deus disposuit & implevit, ut si quis eorum bonitatem voluntatis perderet, nunquam enim divino munere repararet.

§. III.

Solvuntur Objectiones.

Obijciunt in primis Adversarii contra primam conclusionem. Angeli ex Scriptura probantur aliquando reipsum mutasse electionem: Ergo sunt capaces ex natura sua mutandi electionem, & non invariabiles in voluntate semel suscepta. Consequentia patet, Antecedens probatur primo ex Danielis cap. 10. ubi habetur quod Angelus Periarum cultos repugnavit diu Angelo custodi Israelitarum captivorum in Assyria seu Babylone, volenti Israelitarum captivitatem solvere, quoniam videbat profecto Israelitarum conversationem & religionem suis Peris. Attamen idem Angelus post auditum Dei voluntatem per Michaelem Archangelum, mutavit voluntatem, ac permisit liberari Israelitas captivos.

Secundo constat ex Scriptura, Dæmones mutasse electionem & iudicium quod prius habuerant circa mortem Christi: prius enim Diabolus, cum misit in cor Jude ut traderet Christum Iudeis, Joann. 13. diligenter mortem Christi procuravit: postea vero per uxorem Pilati, Matth. 27. suadere conatus est Pilato, ut Christum non crucifigeret.

Tertio constat omnes Angelos qui peccaverunt, mutasse priorem voluntatem, in qua creati fuerunt: quamque in primo instanti habuerunt: Ergo Angeli aliquando reipsum mutarunt suam electionem, subindeque possunt etiam mutare illam electionem, quoad inordinate primum suam excellentiam appetierant, & peccatum commissum retractare.

Ut hoc argumentum solvatur, & prima conclusio magis explicetur, sciendum est, quod Angelus duobus modis iudicat & eligit aliquid, scilicet perfecte sive complete, & imperfecte sive incomplete: iudicat & eligit perfecte, quando procedit ex principis sibi evidentibus, aut certis, tunc enim procedit modo comprehensivo, attingendo in illis principis omnes rationes que possunt ad hoc iudicium & volitionem inducere, aut ab ea revocare: tunc vero iudicat & eligit imperfecte, quando procedit ex principis dubiis & conjecturalibus tantum; quia hoc ipso quod principia non sunt firma & convincentia, iudicium etiam non potest esse firmum, nec subinde electio regulata per illud. Præterea Angelus dicitur imperfecte iudicare & eligere, quando non iudicat & eligit ex propria deliberatione & applicatione, sed ut motus & applicatus a Deo: nam iudicium completum & perfectum in Angelo viatore, in quo est postum posse tacere vias suas bonas aut malas, est iudicium plene liberum, quoad specificationem, & exercitium, & ex propria voluntatis eius applicatione procedens. Quando ergo diximus in prima conclusione, Angelum fixe & immobiliter apprehendere seu iudicare, & immobiliter velle seu eligere, hoc non debet intelligi de quocumque iudicio & volitione illius, sed tantum de iudicio perfecto & omnino completo, procedente ex principis evidentibus aut certo cognitis, & ex propria Angeli deliberatione & applicatione (& idem dicitur de volitione seu electione illius) si quidem dum iudicat & eligit imperfecte, ex quibusdam conjecturis, non potest non iudicare & velle variabiliter; quia non procedit comprehensive, sive ex principis cognitis secundum omnem rationem quam habent, sed secundum aliquam solum.

Ex hoc patet solutio ad argumentum propositum: Major enim distinguenda est, Angeli ex Scriptura probantur mutasse suam electionem, perfectam & completam, nego. Imperfectam & incompletam, concedo. Angelus enim Perfectum, quia voluntatem Dei ignorabat, nec omnium circumstantiarum & eventuum notitiam habebat, non perfectum & completum, sed dubium tantum & conjecturale habuit iudicium de voluntate Dei circa liberationem Iudeorum, & ideo restitit Angelo Iudeorum, donec omnia novit per revelationem. Idem cum proportione dicendum est de iudicio, & de electione quam Diabolus habuit circa mortem Christi, cum enim Demon non certo sciret, quod Christus esset verus Dei Filius, sed solum id ex quibusdam conjecturis suspicaretur, iudicium illud quod prius habuit de morte Christi procuranda, non fuit totale & completum, sed dubium & conjecturale: unde potuit illud mutare, subindeque volitionem ex illo sequutam.

Ad tertiam probationem similiter responderetur, primam voluntatem in qua Angeli creati fuerunt, & quam in primo instanti habuerunt, fuisse etiam incompletam & imperfectam (& idem dicitur de iudicio pratico, cum mensurante seu regulante) non quidem ex eo quod hoc iudicium, & talis volitio ex principis dubiis & conjecturalibus processerint, sed ex eo quod præcisio quod non iudicant & voluerunt ex propria deliberatione & applicatione, sed ut moti & applicati a Deo; subindeque iudicium illud & electionem non fuisse plene libera quoad specificationem & exercitium, sed necessaria quoad specificationem; quapropter in illis, ut supra ostendimus, peccatum esse non potuit. Talis autem non fuit prava illa electio, quia inordinate mali

Angeli suam excellentiam primo appetere, sed fuit omnino deliberata, perfecta, & completa: unde illa est omnino fixa, immutabilis, & irrevocabilis, sicut & iudicium practicum per quod fuit regulata.

Dices: Diabolus experiendo poenam damnationis, & videndo se esse subditum creaturæ corporeæ, felicitæ igni, iudicat non esse sibi conveniens eligere seu appetere tantquam finem ultimum suam beatitudinem naturalem, immo videt hanc sibi esse impossibilem: Ergo modo mutavit pravum illud iudicium, quod iudicavit (virtualiter saltem & interpretative) amandam esse beatitudinem suam naturalem, absque dependentia & subordinatione ad supernaturalem; & consequenter malam etiam mutavit electionem inde sequutam.

Respondeo Diabolum, experiendo poenam damnationis, 17 iudicare quidem speculative, non esse sibi eligendam beatitudinem naturalem, tantquam ultimum finem, non tamen practice & affective, ac proinde semper in eo perseverare iudicium practicum, quod habuit quantum peccavit, & malam electionem que ex illo sequuta est. Unde D. Thomas quest. 16. de malo art. 5. ad 5. ait: Diabolus non potest in se proprie loquendo culpam sentire, in se scilicet quod apprehendat & refugiat quasi malum culpa suam peccatum, quia hoc pertinet ad mirationem liberi arbitrii. Et Gregorius 34. Moral. cap. 14. Appetit, inquit, celsitudinis, vertit in rigorem mentis, ut damnationis iam per duritiam se male egisse non sentiat. Bernardus item tractatu de gradibus humilitatis, circa primum gradum superbie, Luciferum aliquos, hæc habet: Sic temperat Deus in vindicta sententiam, ut si vult respicere, non negat veniam; secundum autem duritiam suam & earum impositionem, non posse velle, & ideo nec poena carere.

Obijciunt secundo quidam testimonia SS. Patrum: Dam. 18 mactenus enim lib. 2. de fide cap. 3. definitur natura Angeli, dicit Angelum esse liberi arbitrii semper mobilis, & paulo post loquens de Angelis beatis, dicit quod non eorum natura, sed gratie tribui debet immobilitatis eorum a sua beatitudine: Atqui si essent liberi arbitrii inflexibilis, id natura eorum tribuendum esset: Ergo &c. Item Fulgentius lib. 1. de fide ad Petil. cap. 3. ait: Recuperare iustitiam, divini muneris esse, non natura, & subdit: Si possibile esset ut humana natura, postquam a Deo inversa, bonitatem perdidit voluntatis, ex seipsa rursus eam haberet, multo possibilis hoc haberet angelica. Que illatio falsa esset, si ab intrinseco Angelus esset in malo inflexibilis.

Ad primum dictum Damasceni respondeo, vespisam loqui de Angelo absolute ante electionem, vel de mobilitate ipsius quoad actus imperfectos; aut solum velle eam esse mobilem, secundum successione intellectuum & volitionum circa diversa obiecta: licet enim Angelus unum ex alio non cognoscit, potest tamen unum cognoscere post aliud.

Ad secundum respondeo, non aliud verbis illis significari, quam Angelum non habere ex se & ex sua natura, proxime, & formaliter, quod non possit a beatitudine dimoveri; quia non potest ex seipso ad Deum ut obiectum beatificum pertinere: Sed hoc debet habere a gratia, qua naturam pericit secundum modum ipsius. Unde duplici de causa Angelus adheret immobiliter beatitudini quam possidet: primo scilicet ex generali ratione beatitudinis, cui competit immutabilitas; secundo ex speciali eisdem beatitudinis ratione, quam habet ex eo quod est in tali subiecto, & pericit ipsam secundum modum ipsius, hoc est ad herendum firmiter obiecto, cum plena libertate semel electo.

Ad locum Fulgentii dico, quod cum ratio & causa recuperandi bonitatem animam magis pensari debeat ex virtute arbitrii, quam ex flexibilitate illius; ideo D. Fulgentius attendens præcisio ad excessum virtutis angelicæ supra virtutem naturalem hominis, recte dixit, quod si natura humana possit ex seipsa habere bonitatem quam perdidit, multo possibilis hoc esset nature angelicæ. Sicut recte dicere possemus, quod si arando existens in ripa fluminis, possit pertinere ad mensa civitatis, multo magis id possit pinus magna in eadem ripa existens; quamvis enim arundo flexilis possit versus civitatem, & pinus inflexibilis sit: ratio tamen pertinendo ad mensa, magis pensatur ex magnitudine, in qua pinus excedit arundinem, quam ex flexibilitate, que solum arundini convenit.

Obijciunt tertio quidam Recentiores: Si Angelus esset ex natura sua talis conditionis, ut facta electio peccati, necessario in illa haberet invariabilitatem, vel hanc conditionem habet ex perfectione sua, vel ex imperfectione? Primum dici non potest; quia incorrigibilis & impotentia emendationis, non est perfectio, sed potius summa imperfectio, & miseria. Secundum etiam affirmari nequit; siquidem homo est natura sua imperfectior Angelo, & tamen potest retractare peccatum suum.

Respondeo eligendo primam partem dilemmatis: quod enim Angelus post electionem perfectam & completam, non possit a bono vel a malo desistere, oritur ex perfectione

Corollaria notata digna.

Intellectus angelici, qui cum cognoscit res simpliciter intuitu & sine discursu, penetrando conclusiones in principiis, & predicata in subjectis, apprehendit eas fixe & immobiliter, eo modo quo nos apprehendimus prima principia: subindeque eligit invariabiliter; cum vis appetitiva in omnibus sequatur apprehensivam, & illi proportionetur, ut antea declaratum est. Unde ad probationem in contrarium dicendum est, quod licet impotentia emendationis, nullam formaliter dicat perfectionem in Angelo, eam tamen arguit, seu presupponit, nempe modum apprehendendi res sine discursu, & comprehensive: sicut licet potentia peccandi, nullam in se dicat perfectionem, arguit tamen & presupponit illam imperat. Supponit enim libertatem in voluntate, & indifferentiam iudicii in intellectu, quae sunt praecipuae dotes ac perfectiones naturae rationalis.

23 Obijcies quarto: Angelus post electionem manet plene liber. Ergo potest eam revocare, vel non continuare. Antecedens est certum: nulla enim potentia activa, per hoc quod agit, seipsum destruit. Consequentia vero probatur: quia ut aliquis sit liber circa actum quem elicit, debet posse illum suspendere, vel elicere oppositum.

24 Respondeo concessio Antecedente, negando Consequentiam. Ad cuius probationem dicendum est, non esse necessarium ad hoc ut aliquis sit liber circa aliquem actum quem elicit & continuat, quod pro omni tempore & statu possit eum suspendere, & elicere oppositum: sed sufficit quod illa indifferentia habeatur in initio, quando primo elicitur: unde ut Angelus remaneat liber post electionem, non requiritur ut illum possit revocare, sed sufficit ut illam potuerit non habere, quando ad illam se determinavit.

Ex quo intelligis, tres esse libertatis gradus, secundum tres gradus naturae intellectualis, scilicet humanae, angelicae, & divinae. Primus gradus dicit indifferentiam ad eliciendum & non eliciendum actum, & ad revocandum vel non revocandum actum jam elicitum; & hic convenit homini, ob imperfectiorem cognitionem. Secundus dicit indifferentiam ad eliciendum vel non eliciendum actum, non autem ad revocandum illum jam semel elicitum; & hic competit Angelis, ob perfectiorem modum cognoscendi res sine discursu, & simplici intuitu, ut antea exposuimus. Tertius denique dicit indifferentiam, non ad eliciendum actum absolute & quoad suam entitatem, sed solum ad terminationem actus ad quodlibet objectum, aut per modum volitionis aut per modum notitiositatis; & hic gradus sibi Deo convenit, ob summam eius actualitatem & immutabilitatem, ut vidimus in Tractatu de voluntate Dei disp. 3. art. 2. agendo de eius libertate. Sicut ergo Deus libere vult aliquid objectum, quamvis ex suppositione quod actus illius terminetur ad illud per modum volitionis, non possit hoc modo non terminari: ita etiam Angelus libere vult quod semel elegit; quamvis non possit revocare electionem, quia talis est natura libertatis ipsius.

25 Obijcies ultimo: Si Dæmon esset impotens ad retractandum suum peccatum, tam ab intrinseco, ex natura suarum potentiarum, quam ab extrinseco, ex subtractione omnis gratiae, etiam actualis, continuatio in peccato non posset ei imputari ad culpam: Sed hoc non est dicendum: Ergo nec illud. Sequela Majoris probatur: quia impotentia excusat a peccato, ut communiter docent Theologi; immo ex hoc inferunt, urgente obligatione alicuius praecipii supernaturalis, Deum non posse denegare homini auxilium, saltem sufficientem, ad illud implendum, alias peccatum ei non posset imputari, cum nemo peccet in eo quod vitare non potest.

26 Respondeo negando sequelam Majoris. Ad cuius probationem dico, quod impotentia excusat a peccato, quando est naturalis & involuntaria, scilicet vero, si sit libera & voluntaria; seu descendens ex libera electione voluntatis. Quomodo enim si quis, navigatione suscepta, unicum quod habebat praemanibus Breviarium (sine quo Officium ad quod obligatur recitare non poterat) in mare proiecisset, consecutus singulis diebus peccare mortaliter, quoad usque illa projectio esset retractata, quia scilicet impotentia ad recitandum Officium, ex actu aliquo libero & voluntario proveniret: ita pariter, quamvis Dæmon sit tam ab intrinseco ex natura suarum potentiarum, quam ab extrinseco ex subtractione omnis gratiae, impotens ad desistendum a suo primo peccato, hoc ipso tamen quod talis impotentia & inflexibilitas in malo, non provenit, neque ab extrinseco, neque ab intrinseco, nisi facta suppositione primae electionis omnino deliberata, continuatio in peccato iuste illi imputatur ad culpam. Solutio est D. Thomae qu. 16. de malo art. 5. ad 11. ubi ait: sicut ebrius tenetur non peccare, non quidem considerato presenti statu, sed considerata ebrietatis voluntaria causa, secundum quam imputatur ei aliquid ad culpam: ita etiam potest intelligi quod Dæmon tenetur converteri ad Deum, quamvis hoc ei sit impossibile secundum presentem statum, quia in hunc statum ex voluntaria causa devenit.

EX dictis inferes primo, quod si Deus Angelis longiorem viam concessisset, centum videlicet annorum, mali Angeli toto illo tempore sua via mansissent in malo oblinati, non oblatione completa & simpliciter tali, sed incompleta & secundum quid.

Prima pars hujus corollarii patet ex dictis: nam, ut supra offendimus, conaturale est Angelo immobiliter adhaerere objecto, quod semel omnino deliberate & perfecte apprehendit & elegit. Secunda vero suadet: nam ad oblationem completam requiritur immobilitas in malo, proveniens tam ex intrinseca, quam extrinseca causa: licet autem tunc mali Angeli essent immobiles ex causa intrinseca, non tamen ex causa extrinseca: ideo enim, teste D. Thomae qu. 16. de malo art. 5. Ex parte intrinseca immutabiles sunt, vel in bono, vel in malo, post primam electionem, quia tunc finitur in eis status volitiosus. At in casu de quo loquimur, non finitur in eis statim post primam electionem status volitiosus, & ita dum talis status permaneret, Deus esset paratus ad eis conferendum auxilia supernaturalia: Ergo toto illo tempore mali Angeli non essent in malo complete & simpliciter oblinati, sed incomplete tantum & secundum quid.

Inferes secundo, causam oblationis in hominibus damnatis peti non solum ex subtractione divinae gratiae, sed etiam ex inflexibilitate liberi arbitrii: nam ut ait S. Thomas qu. 24. de veritate art. 11. Anima separata Angelo confirmatur, & quantum ad modum intelligendi, & quantum ad indivisibilitatem appetitus, quae sunt causae oblationis in Angelo peccante: unde per eandem rationem in anima separata oblinatio erit. In resurrectione autem corpus sequetur animae conditionem. & ita tunc eandem oblationis ratio manebit. Ex quo sequitur, apprehensionem, qua homo antequam moreretur iudicabatur non esse sibi convenienter poenitere, aut esse summum bonum quod vero non erat, fieri post mortem immutabilem, in instanti quo incipit eius voluntas esse oblinata, sive sit primum instans separationis a corpore, sive aliud instans. De quo vide Ferrarientem 4. contra Gent. cap. 65.

Inferes tertio, tantam esse oblationem Dæmonum, ut nullum opus moraliter bonum ex omni parte efficere possint, sed si aliquando efficiant aliquid opus ex genere suo moraliter bonum, semper illud ex adjuncta circumstantia mala ab ipsis vitari.

Ratio hujus corollarii est, quia ut recte ait D. Thomas in 2. dist. 7. qu. 1. art. 2. sicut impossibile est voluntatem indeclinabiliter adhaerentem ultimo fini producere opus peccati, ita e contrario impossibile est a voluntate adhaerente immutabiliter perverso fini aliquid rectum opus provenire: Sed talis est voluntas Dæmonis, immobiliter enim, non solum ab extrinseco, sed etiam ab intrinseco, ut demonstratum est, adheret perverso fini, nempe fidei beatitudinis naturalis ut perverse voluit: Ergo nullam opus omni ex parte moraliter bonum efficere possunt. Major probatur, sicut confirmatio in bono, perquam voluntas indeclinabiliter adheret recto fini, est determinatio saltem quoad specificationem, ad bonum honestum: ita oblinatio in malo, perquam voluntas inconvertibiliter adheret perverso fini, est quaedam determinatio, saltem quoad specificationem, ad malum morale: Ergo sicut a voluntate confirmata in bono non potest procedere opus peccati; alias posset malum appetere, & sic non esset ad bonum determinata quoad specificationem: ita a voluntate oblinata in malo, non potest bonum aliquid opus producere; & alioquin posset bonum velle, & sic non esset determinata ad malum quoad specificationem.

Nec obstat haec impotentia ad bonum libertati Dæmonum: non enim ad eam salvandam requiritur, quod post electionem perveris finis sint indifferentes ad bonum & malum, sed sufficit indifferentia ad diversa mala, servata ordine ad eundem finem: sicut ad salvandam libertatem in Beatis non requiritur indifferentia ad bonum & malum, sed sufficit indifferentia ad diversa bona, servata ordine ad eundem finem.

Non obstat etiam quod damnati, Sapient. 5. describuntur poenitentiam agentes, & praegustant spiritus gementes: per illa siquidem verba non describitur poenitentia undequaque moraliter bona, sed coinquinata aliqua mala circumstantia, scilicet invidia salutaris electorum, propter quod subdit sacer textus: Dicitur, hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improborum, & ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est.

Dices: Dona naturalia manserunt integra in Dæmonibus, ut ex Dionysio docet S. Thom. hic art. 1. in corp. Sed opus morale ex omni circumstantia bonum, non est supra naturalem facultatem Angeli: Ergo illud potest Dæmon efficere.

Respon-

Respondeo dona naturalia in Angelis mansisse integra, quantum ad ea quae pertinent ad ordinem naturae, non tamen quantum ad ea quae pertinent ad ordinem morale, cum totus ordo moralis ex intentione finis pendat. & finis intentio in Dæmonibus depravata sit. Unde licet opus moraliter bonum non excedat facultatem voluntatis absolute sumptis, ipsius tamen jam oblinatae, & sub prava affectione mali finis consideratae, non solum superat facultatem, sed etiam illi omnino rapugnat.

ARTICULUS II.

Quomodo ignis inferni liget Dæmones, & an deus alia poena sensus, quae acerbior est torquent?

§. I.

Quibusdam praemissa, referuntur sententiae.

33 Supponimus primo tanquam certum, ignem quo cruciantur Dæmones in inferno, esse materiale & corporeum, non vero aliquid dumtaxat spirituale, quod metaphorice ignis dicitur, ut existimant antiquitus aliqui Haeretici, pro eodem fidentes ignem illum, & propriam uniuscujusque damnati conscientiam.

Ratio hujus suppositionis est. Primo quia Scriptura non solum pro dæmonibus, animabusque hominum damnatorum, a corporibus separatis, sed etiam pro eorum corporibus, post diem iudicii, ignem illum statuit in gehennam: de illis enim jam resuscitatis dicitur Matth. 25. quod ibunt in ignem aeternum, qui paratus est Diabolo & Angelis eius: Sed corpora non possunt puniri nisi corporali poena (inquit D. Thom. qu. 26. de verit. art. 1.) Ergo ignis ille corporeus est.

Secundo, verba Scripturae, ex communi regula D. Augustini, nunquam metaphorice, sed in proprio sensu intelligenda sunt, nisi ex tali sensu aliquid sequatur absurdum, aut Scriptura ipsa oppositum doceat alibi: At nihil prorsus absurdum sequitur, ut constabit ex dicendis, si supplicium dæmonibus & aliis reprobis debitum (quod Scriptura saepius nomine ignis designat & vocat) de igne vero, subindeque corporeo, intelligatur, nullaque plane ex sacris litteris citari potest locus, tali intelligentiae contrarius & repugnans: Ergo tale supplicium de igne vero & corporeo intelligendum est.

Tertio, Communis Patrum doctrina est, quod ille ignis sit corporeus: Divus enim Augustinus 21. de civ. cap. 10. loquens de Dæmonibus: Aharabatur, inquit, spiritus in corpore corporeus ignis cruciandi. D. Gregorius 4. Dialogorum cap. 29. postquam quaevis an ille ignis sit corporeus, & sic respondet: Corporeus esse non ambigo. D. Hieronymus in cap. 56. Isaie, & Epist. 59. cap. 2. inter Origines errores refert, quod ignem inferni, peccatorum conscientiam esse voluerit. Laurentius Justinianus, de casto conubio cap. 16. de igne inferni haec scribit: Ignis est corporeus, inextinguibilis, carnis necessitate fomentis materialis: divina non enim virtute corpora cruciantur, spiritus autem non calefaciunt, sed cruciantur, licet quidem ad poenam, minime tamen ad consolationem. Dæmon aliis omnibus D. Cyrillus lib. de laudibus Martyrii cap. 18. infernum sic eleganter describit: Sævius locus, cui gehennam nomen est, magno plangentium murmure & gemitu, & cruciantibus flammis per horrendam spissam caliginis nebulam, sicut semper incendit camini fumantis exspirans; globus ignium ardens obscuratur, & in variis poenis exitus relaxatur. Tum sciendi plurima generis, cum in seipso convolvit quilibet ardoris emitti edax flamma cruciatur. Sane non spiritalis & metaphoricus, sed materialis & corporeus ignis ista descriptio. Eidem veritati subscribunt omnes Doctores Scholastici.

34 Dices tamen: Vermis ille quem simul cum igne Scriptura designat pro poena damnatorum, dicendo Isaie 66. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: ille, inquam, vermis non potest intelligi nisi per metaphoram pro ipso conscientiae remorsu: alias enim, cum post diem iudicii nulla remansura sint animalia, quae corpora depascant damnatorum, eo quod nimirum omnia illa animalia sint, quae ad res mixtas & vivencia pertinebunt, praeter hominem, falso diceret Scriptura, vermem illum nunquam moriturum: Ergo similiter ignis quem pro tortura damnatorum Scriptura ibidem designat, non pro vero & corporeo, sed pro metaphorico dumtaxat & spiritali igne accipietur est.

Sed contra: nego consequentiam, & paritatem: disparitas est, quia licet omnia pertinentia ad res mixtas & alia vivencia, praeter hominem, finiri debeat post diem iudicii, eo quod cessabit tunc omnis generatio, alteratio, & corruptio, elementum tamen ignis semper remanebit.

Infallis: D. Ambrosius l. 7. in Luc. tit. de parata cena, dicit aperte ignem illum non esse flammam corporalem.

Ad hoc respondeo, sensum propositionis illius esse dumtaxat, quod ignis ille non faciat in Dæmones, virtute flammam corporalem, sed virtute spiritali, quia in ratione instrumenti elevatur & movetur a Deo ad illum effectum,

Theol. Genes. Tom. 11.

Supponit secundo difficultas proposita, Dæmones torquentur ab igne inferni, per allegationem eorum ad ipsum. Ratio in primis est, quia ab igne ejusmodi poena non possunt plura ex locis Scripturae salva consistere; qualia sunt illud Epistolae canonice Iudae: angelos qui non servaverint suam principatum, vinculis aeternis sub caligine reprobis: Et istud a Petri 2. Deus Angelis peccantibus non peperit, seu reprobis inferni detractis in tartarum traditis cruciantur. Item illud Apocal. 10. Apprehendit draconem, & alligavit eum per annos mille, & misit eum in abyssum, & clavit.

Ratio est secundo, quia possibilis est & valide afflictiva haec Dæmonum alligatio: possibilis, quia non fit virtute naturali ipsius ignis, sed supernaturali quam Deus ei tanquam instrumentum suae iustitiae communicat: afflictiva vero, quia nobilissimam creaturam reit ignobilis, qualis est res omnis corporea, ad Angelum comparata, submittit, & ejus captivam reddit. Unde suppositioni nostrae subscribunt non solum D. Thomas Discipuli, sed etiam D. Bonaventura, Scotus, Richardus, Suarez, Valquez, Valenzia, Bellarminus, & ceteri Theologi communiter; eamque expresse docet S. Thomas variis in locis, praesertim 4. contra Gent. c. 90. ubi dicit quod substantia incorporea patiuntur ab igne corporeo, per modum allegationis cuiusdam. Et paulo post subdit: Multo igitur magis virtute divina spiritus damnandi igni corporeo alligari possunt; & hoc ipsum est in afflictivum, quod sciunt se rebus inferni alligatos in poenam.

35 Duo tamen circa talem allegationem diligenter notanda sunt: primum est, ipsam (ut recte advertit Joannes a S. Thoma) esse duplicem; unam praecise quoad potentias Dæmonum, praescribendo a loco, quia nimirum ipse impediuntur ab exercitio conaturali operationum suarum, alteram per ordinem ad locum, ratione cuius Dæmones nequeunt operari, subindeque nec exire, saltem omnino & ad libitum extra locum illum in quo sunt, sed ad summum aliquantulum, quando Deus, & ignis a quo detinentur, id permittunt. Quod dico propter illos Dæmones qui sunt in nostro aere, & habent ipsum pro carcere: licet enim parum per illum discurrant, non tamen possunt pro libito & totaliter ab illo exire, sed tantum aliquantulum magis vel minus intra ipsum sese movere, iuxta permissionem divinam; non secus ac canis pede vel collo ligatus, finitur quidem aliquantulum se movere, sed non nisi juxta laxationem majorem vel minorem finis: & haec detentio vocatur poena carceris. Duplicem illam allegationem indicare videtur Scriptura Thronor. 3. his verbis: In reprobis collocavit me sicut mortuus semperis, circumdabitur autem versum me ut non egrediar, aggravavit compedem meam. Illa enim verba, ut non egrediar, detentionem quoad locum five poenam carceris indicant: illa vero postposita, aggravavit compedem meam, allegationem five impedimentum potentiarum; compedibus enim aggravatur & impeditur potentia loco motiva, per pedes designata.

36 Secundum quod notandum est circa allegationem in ordine ad locum est, illam non causari ab igne inferni, per modum praecise termini & loci, cui Dæmon maneat ita alligatus, ut non ipse ignis, sed solum Deus concenat efficiens ad illam detentionem: non eo, inquam, solum modo ignis inferni concurrat ad illam detentionem, sed etiam per modum cause efficientis, non quidem principalis, sed instrumentalis, magna virtute elevato. Ratio est, quia non solum torquentur Dæmones, eo quod detinentur in loco ubi gehennalis ignis est, sed etiam quia ab ipso igne asilignantur: ad hoc autem verificandum, necesse est omnino, ut recte advertit Suarez, quod ignis non solum fit terminus eorum allegationis, sed infernus, sed etiam quod efficiendo concurrat ad eorum detentionem.

37 His praesuppositis: Difficultas est primum, quomodo utraque illa alligatio fiat, an per aliquam formam realem & intrinsecam Dæmoni, ad praedicamentum qualitatis, vel ubi pertinentem, cuius subiectum immediatum sit vel ipsa substantia Dæmonis, vel ejus potentia, vel utraque simul? Secundo, utrum praeter illam allegationem detur aliud tormenti genus, quo acerbis ab igne inferni torquentur Dæmones?

38 Aliqui ex Recentioribus, quos suppressis nominibus citant Salmanticenses in suo de peccatis Tractatu disp. 18. dub. 2. §. 2. negant Dæmones detineri ab igne inferni, per aliquam formam in ipsis ab eo productam. Ex his vero qui illam formam admittunt, Nazarius & Bannez dicunt eam pertinere ad praedicamentum ubi, alii ad praedicamentum qualitatis. Quantum vero ad ubi, aut ad praedicamentum receptivum, Salmanticenses, loco citato, docent esse tam ipsam substantiam Dæmonis, quam ejus potentias operativas, subindeque formam illam esse multiplicem. Ex Thomistis tamen Joannes a Sancto Thoma negat Dæmonis substantiam esse subiectum illius qualitatis immediate receptivum, sed hoc solum potentis operativis convenire asserit. Denique quoad secundam partem difficultatis, Suarez, Valquez, aliique ferre omnes recentiores Theologi, Scholz D. Thomae extranei, immo & ex antiquis Henricus, Scotus, Gabriel, & Richardus negant allegationem Dæmonum ab igne tartareo causatam, & 3 esse

esse sufficientem in ratione poena sensus, sed aliud insuper tormenti genus esse quo acerbius cruciantur.

§. II.

Prima difficultas resolvitur.

Deo primo: Ignis inferni ligat Demones causando in ipsis formam realem, ad predicamentum qualitatis pertinentem; cujus immediatum subiectum non est ipsa substantia Daemonis, sed solum ejus potentia operativa.

Prima pars conclusionis sic probatur: Ignis inferni ligat Demones efficienter, & intrinsece; efficienter quidem, quia est instrumentum divine justitiae quoad illum effectum, instrumentum autem dicit essentialiter efficientem causalitatem; intrinsece vero, quia per solum formam extrinsecam nequeunt potentia Daemonis ligari, five ab exercitio suorum operationum impediti: haec enim est differentia inter potentias, quae per actiones formaliter transeunt operantur, & potentias quarum operationes sunt formaliter immanentes (quales sunt ea omnes quibus praediti sunt Angeli) quod ille impediti possunt ab exercitio suorum operationum, per aliquid pure externum, non vero istae: Atqui non potest ignis inferni ligare Demones efficienter & intrinsece, nisi causando aliquam formam realem, & ipsis intrinsecam; realem quidem quia omni causa efficiendi debet assignari terminus realis productus; intrinsecam vero Daemonibus, quia eorum alligatio est extrinseca: Ergo ignis inferni ligat demones, causando formam realem, & ipsis intrinsecam.

Quod autem talis forma ad predicamentum qualitatis pertineat, ut in secunda parte conclusionis asseritur, facile etiam fieri potest. Nam forma male efficiens & dissonans suam obiectum, pertinet ad predicamentum qualitatis, & in prima ejus specie collocatur, ut patet de aegritudine, de habitibus vitiosis, deformitate, & aliis similibus: Atqui forma illa intrinseca, quam ignis inferni causat in Daemonibus, male ipsos afficit & disponit, utpote cum eos cruciet & torqueat: Ergo pertinet ad predicamentum qualitatis.

Confirmatur: Forma illa qua ignis inferni ligat Demones, non pertinet ad predicamentum substantiae, quandoquidem advenit eum jam completo & actualiter existentem; neque ad predicamentum quantitatis, cum in subiecto omnino spirituali recipiantur: neque proinde ad situm aut habitum; quandoquidem praedicamenta ista supponunt quantitatem: non etiam ad predicamentum quando, utpote cum habitu ad tempus, in qua consistit, non sit: sicut nec duratio ex qua resultat, subiecto suo nociva, nisi supposita disconvenientia formae in eo existentis & durantis: non etiam ad predicamentum actionis vel passionis; horum enim effectus formales solum sunt quod agens agit, aut quod passum recipiat, effectus vero formae ab igne gehennali in Daemonibus producta, est, quod ipsi sint illi vel alteri corpori alligati: non etiam ad predicamentum relationis; utpote quae non ratione sui, sed solum ratione fundamenti, potest esse disconveniens subiecto: neque tandem ad predicamentum ubi, cum sola praesentia localis circumscriptiva, five in quantitate fundata, non vero spiritualis, ponatur in hoc praedicamento: Ergo superest dumtaxat quod ad praedicamentum qualitatis pertineat.

Tertia pars conclusionis quae est contra doctrinam Salmanticensem, probatur primo: Illud in Demone est subiectum immediatum qualitatis ligativae, in eo ab igne inferni producta, quod immediate alligatur loco a tali igne: Sed substantia Daemonis non est id quod in ipso immediate alligatur loco ab igne inferni, bene tamen ejus potentia: Ergo subiectum immediatum talis qualitatis, non est substantia ipsa Daemonis, sed ejus potentia. Major constat: cum enim qualitas illa sit veluti nexus & caetera, qua mediante ignis inferni alligat Daemonem caetera alicui & determinato loco, illud dumtaxat est immediatum ejus subiectum, quod immediate ligatur & detinetur. Minor vero probatur: in Demone illud solum im-

mediate alligatur loco ab igne inferni, quod immediate impeditur a sui extensione: ligatio enim, five compressio & coarctatio, nihil aliud est quam impedimentum extensionis: Sed substantia Daemonis non impeditur immediate a sui extensione; utpote cum non sit immediate quanta quantitate virtutis, subindeque nec immediate extensibilis, sed solum mediante potentia operativa: Ergo non ligatur immediate ab igne inferni, sed solum mediante potentia operativa.

Confirmatur: Illud solum immediate ligatur in Demone ab igne inferni, subindeque est subiectum immediatum qualitatis ligativae, quod immediate impeditur ab egressu e loco cui alligatur; detentio enim in loco, five alligatio ad locum, nihil est aliud quam impedimentum exitus extra illum: Sed substantia Daemonis sicut non immediate egreditur five movetur e loco, sed tantum mediante potentia, ita non impeditur immediate ab egressu e loco in quo ab igne inferni detinetur: Ergo &c.

Probatur secundo: Ideo in opinione Salmanticensem, non solum potentia Daemonis, sed etiam ejus substantia effici debet immediate qualitate ipsam alligante, ut tali corpori & loco subditus reddatur, tam quoad substantiam, quam quoad potentiam; Atqui licet subiectum immediatum illius qualitatis qua ligatur Demone, sit solum ejus potentia, redditur tamen per illam subditus corpori & loco, non solum quoad potentiam, sed etiam quoad substantiam: Ergo superest omnino concedendum qualitatem illam efficere immediate tam substantiam Daemonis, quam ejus potentiam. Minor probatur: Sicut impossibile est quod Angelus existat active in loco immediate, per potentiam operativam, nisi etiam ibi existat mediante per substantiam; ita similiter non est possibile, quod existat passive in loco, tamquam ei subditus immediate quoad potentiam, nisi etiam ibidem existat, tamquam ei subditus mediante quoad substantiam.

Confirmatur primo: Substantia Daemonis est principium radicale omnium ejus potentiarum, ab eis tandem inseparabile, quoad existant: Ergo impossibile est quod potentia Daemonis detineatur violententer in aliquo loco, nisi etiam consequenter, five mediate, ibidem detineatur violententer substantia, quae est principium earum radicale: Ergo eo ipso quod potentia Daemonis ratione qualitatis immediate eas efficiens subdatam loco, in quo violententer detinetur, subditur etiam eodem loco, licet solum mediate, ejus substantia, abique eo quod sit necesse quod recipiat aliquam qualitatem.

Confirmatur secundo: Quamvis substantia Daemonis non afficiatur immediate qualitate ligativa, ab igne tartareo causata, sed solum mediate; non minus tamen propere cruciatur ex illa, quam seam immediate in sua substantia recipit: five enim subiecto substantiae omnino spiritualis loco corporeo, sit immediata, five solum mediante ejus potentia, aequae est depressiva & humiliativa ipsius, subindeque aequae penalis & cruciativa: Ergo cum ideo asserant Salmanticenses, subiectum immediatum qualitatis Daemonem alligantis, esse etiam ejus substantiam qua pulsant aliquid conferre ad acerbum ipsam cruciandum, falsum omnino saponunt principium, subindeque & falsam ex eo deductam conclusionem.

§. III.

Solutio objectionum.

Contra primam partem conclusionis objicitur primo: D. Thomas in 4. dist. 44. q. 3. art. 2. quaestione. 3. ad 4. sic habet: Dicendum quod ignis non agit in animam per modum influentis, sed per modum detinentis: Atqui si ligaret Demones, causando in ipsis mediante igne inferni aliquam formam realem & intrinsecam, ageret in eos per modum influentis, ut constat: Ergo ignis inferni non agit in Demones causando in ipsis formam realem.

Respondet cum Joanne a Sancto Thoma, sensum verborum D. Thomae non esse quod ignis non influat in animas quas detinet captivas, alias enim non concederet quod agit in ipsas, cum agere in aliquem, quocumque modo sumatur, importet aliquem influxum in eum; sed solum voluit docere, id quod influit ignis in animam deservire dumtaxat ad detinendum, non vero ad alterandum, vel corrumpendum.

Objicitur secundo: Demones superiores interdum ligant virtute propria & connaturali inferioribus, certis quibusdam corporibus & locis, & tamen nihil propterea reale & intrinsecum in eis producunt, alias possent Angelus virtute propria operari physice intra alium Angelum: Ergo a fortiori ignis inferni virtute divina ligabit Demones, abique eo quod formam aliquam eis intrinsecam producat.

Respondet distinguendo Antecedens: Demones superiores virtute propria & connaturali ligant inferiores, physice, nego Antecedens: ligant moraliter tantum, imperando eis tamquam sibi voluntarie subditis, ut mediante aliqua operatione sese constituant in aliquo loco, & ibi remanent, concedo

concedo Antecedens, & nego Consequentiam: ignis enim inferni ligat Demones, non moraliter dumtaxat, sed physice.

Objicitur tertio: Non est necesse ut quod ligat aliud, ipsam praesertim impediendo ab operationibus ei connaturalibus, & a transitu de loco in locum, non est, inquam, necesse ut aliquid reale in eo producat: Sed ignis inferni hoc dumtaxat modo ligat Demones: Ergo non est necesse quod in eis producat aliquam formam intrinsecam. Minor constat, Major vero probatur. Videmus enim quod manus lapidem in aere suspensum detinet, ipsumque a connaturali operatione, quae est tendentia ad contrarium ei proprium, subindeque a transitu de loco in locum, impedit abique eo quod tamen aliquid intrinsecum in eo producat.

Respondet distinguendo Majorem: Quod ligat aliud &c. non est necesse quod producat aliquid in eo, si illud aliud quod detinet, habeat potentiam & operationem formaliter externam & transeuntem, concedo: si careat tali potentia & operatione, solumque habeat internam, sicuti habet Daemon, nego: eo enim ipso quod omnis ejus potentia & operatio fit formaliter immanens, non potest ab ejus exercitio praesertim per aliquid externum impediti: unde ad exemplum allatum de lapido, negatur consequentia, propter disparitatem assignatam.

Contra secundam partem conclusionis objicitur: Si forma illa, qua ignis inferni ligat Demones, esset qualitas, vel esset qualitas spiritualis vel corporea? Neutrum dici potest: Ergo &c. Probatur Minor: in primis non est corporea, si enim virtus five qualitas spiritualis nequit per modum permanentis recipi in subiecto corporeo, ut docet expresse D. Thom. 3. p. quaest. 62. art. 4. ad 1. eadem ratione, immo a fortiori, qualitas corporea non poterit permanentem recipi in subiecto spirituali. Sed neque etiam dici potest spiritualis; quia deberet quodammodo perficere potius, quam alligare Demones; quilibet enim qualitas spiritualis est essentialiter perfectio sui subiecti, maxime si sit supernaturalis, ut est haud dubie qualitas ab igne inferni in Demone producta, si detur.

Respondet forma illam esse qualitatem spiritualem. Ad probationem in contrarium dico, qualitatem spiritualem esse quidem essentialiter perfectionem in se & absolute, non tamen comparative ad hoc vel illud subiectum. Quoadmodum enim figurae, etiam si perfectio quaedam sit, non tamen est perfectio ignis quem corrumpit: sic qualitas spiritualis ab igne inferni in Demone producta, sicut in se & absolute perfectio quaedam sit, non tamen per ordinem ad Demone quem captivat & alligat. Neque obstat veritati hujus doctrinae supernaturalitatis illius qualitatis; non enim est supernaturalis quoad substantiam; alias pertinet ad ordinem gratiae, sed praesertim quoad modum, in quantum videlicet efficitur ab igne, modo ipsi supernaturali.

Contra tertiam partem conclusionis objicitur primo Salmanticenses: Non repugnat Daemonum substantiam affici immediate qualitate eos alligante, conductuque hoc non parum ad eorum tormentum: Ergo ascendendum est ita de facto contingere; atque adeo subiectum immediatum talis qualitatis esse etiam substantiam Daemonis. Utraque consequentia patet, Antecedens vero quoad primam partem probatur: Primo ex eo quod nulla, inquam, in eo ostendi possit repugnantia. Secundo, quia si Deus produceret substantiam Angeli sine ullis potentiis, posset nihilominus ejusmodi substantiam alicubi passive detinere, subindeque eam qualitate alligante immediate afficere. Quantum vero ad secundam partem Antecedentis, inde eam inferunt; quod non solum Daemonis potentia (inquam) sed etiam ejus substantia sit ex natura sua absoluteultima, & independens omnino a loco & a corpore: hinc enim sequitur majorem illi inferni violentiam, si ex utroque capite corpori & loco alligetur; id est, ex eo quod aliqua qualitas detinet recipitur immediate & in ejus substantia, & in potentia, quam si ex uno dumtaxat capite id contingat, id est, si sola potentia immediate recipiat ejusmodi qualitatem.

Respondet, negando Antecedens quantum ad utramque partem. Quoad secundam quidem: quia mediata dumtaxat ligatio substantiae Angeli ad determinatum locum aequae illius humiliativa est & depressiva, subindeque aequae cruciativa, ac ligatio immediata, dato quod illa esset possibilis. Quoad primam vero: quia substantia Angeli non potest immediate detineri ab ipsa qualitate, sed solum mediante potentia, ut in prima probatione demonstratum est. Ad primam autem probationem in contrarium respondetur implicantiam, in eo quod asseritur, sufficienter a nobis ibidem fuisse alligatum. Ad secundam dico, quod sicut substantia corporea, sine quantitate a Deo producta, nullibi posset collocari tamquam in loco: ita similiter substantia Angeli, sine potentiis a Deo producta, nullibi posset tamquam in loco passiva detineri.

Objicitur secundo: Independentem ab operationibus Daemonum debemus in eis constituisse alligantem, per quam alicubi ab igne detinetur: Sed talis alligatio sic inde

pendens ab operatione, potest immediate afficere eorum substantiam, ut constat: Ergo de facto sic eam afficit, subindeque qualitas, cujus est effectus formalis, immediate in ea recipitur. Majorem ex eo dicunt esse evidentem, quod neque in animabus damnatorum existentibus in inferno, neque in eis quae existunt in purgatorio sit assignabilis actio transiens, per quam in illis locis aliquem effectum operentur; & tamen non est dubium manere illic ligatas & detentas.

Respondet distinguendo Majorem: Independentem ab operationibus Daemonum elicitis, debemus constituisse in eis alligantem, Edito: independentem ab operationibus Daemonum, impeditis propter alligationem potentiarum quae sunt earum principia, nego Majorem. Cum enim ex una parte detentio in loco nihil aliud sit, ut diximus in prima probatione, quam impedimentum extensionis five exitus extra illum; & cum aliunde non possit Daemon se extendere, extensione cujus est capax (scilicet virtuali dumtaxat) extra locum aliquem, five exire ab eo, nisi mediante sua quantitate virtuali (quae est potentia operativa, & ejus actus) consequens est non posse constitui alligationem aliquam in Daemonibus independentem a potentis operativis, aut earum actionibus impeditis. Ad probationem in contrarium dico, quod licet nec in animabus damnatorum, nec in illis quas detinet locus purgatorii, sit assignabilis operatio transiens, per quam de facto aliquid efficiat circa loca illa; potest tamen alligari actio transiens, per quam se extendentur extensione virtuali extra loca illa, nisi impediuntur ab igne, & a qualitate per ipsum in eis producta, nempe actio productiva effectus ejusdem speciei, cum aliquo eorum quos producit Angelus, quando movetur de uno loco in alium.

Quares, quamnam ex potentiis Daemonis sit subiectum immediatum qualitatis ipsum alligantis & captivantis? Respondet juxta communem doctrinam Thomistarum, potentiam motivam & executivam in Angelis non distinguuntur ab intellectu practico, qualitatem illam alligantem subiectari in practico Daemonis intellectu, qui in ratione potentiae motivae & executivae, ita per eam intrinsece ligatur & coeretur, ut non possit uti suo lumine, suis speciebus, & sua virtute, eo modo & ea efficacia qua requiritur ut moveat se & alia ad libitum, per actum imperii practici, nisi prout permittitur ab ipso igne, ut magis patebit ex dicendis §. sequenti.

§. IV.

Alterna difficultas expeditur.

Deo secundo: Effectus qualitatis Demones alligantis, acerbissimum componunt cruciatum: nullumque aliud in substantiis spiritualibus assignari potest tormenti genus, quod ad poenam sensus pertineat.

Antequam prima pars conclusionis probetur, sciendum est, plures in nostra doctrina esse effectus qualitatis Demones alligantis. Primus est, Daemonem ipsum submittere igni a quo alligandus est, sicut inferiorem superiori: qui effectus, licet non sit formaliter alligatio, quia tamen ex sua natura ad eam ordinatur, & requiritur praesuppositivae, sub ejus nomine comprehenditur. Secundus est alligatio potentiarum: primo in ordine ad ipsas, in eo consistens, quod intellectus Daemonis non possit intelligere plura quae vellet ipse Damon intelligere; & e contra necessitetur, determinetur, & ligetur ad meditationem plurium quae nollet meditari: secundo in ordine ad locum, in quantum videlicet ita cogitur remanere applicatus uni loco, ut non possit suam virtutem alibi applicare. Ex quo resultat tertius effectus, nempe ipsa incarcerationio, five detentio in uno loco, eoque valde angusto, tamquam in carcere. His positus,

Probatur prima pars conclusionis: Tantus est cruciatus in Daemonibus, ex illis effectibus resultans, quanta est eorum disconvenientia ad naturam angelicam: Sed haec disconvenientia est maxima: Ergo & maximus, acerbissimusque cruciatus ex his causatus. Major est certa: cum enim causa five obiectum doloris sit malum cognitum, malum autem alicuius sit quod ei disconvenit, quantitas doloris ex qualitate disconvenientiae (supposita perfecta cognitione, qualis est angelica) omnino pensari debet. Minor vero facile probatur, explicando in particulari disconvenientias & improprietates dictorum effectuum ad substantias omnino spirituales, quae sunt earum subiecta. In primis si cessitudinem naturae Daemonum, eorumque superbiam comparemus cum primo effectu qualitatis eos alligantis (qui est Daemonem igni submittere, tamquam inferiorem superiori, ut ab eo veluti mancipium vile tractetur) tantam reperimus disconvenientiam ortam ex illo capite, ut major excogitari nequeat. Ea est enim natura Daemonum dignitas & praesentia, ut ei corporalia omnia jure naturae subdantur & obsequantur: ea superbia, ut neque Deo ipsi voluerint subijci, nec eum tamquam superiorem venerari: & tamen rebus corporeis omnium vilissimis & abjectissimis subijciuntur,

anguis in loco, veluti in carcere, ab eis detinentur & in perpetuum deprimentur. Habere itaque omnia corpora sibi naturaliter subdita, & tamen infimis corporibus subijci, qualis improprie dicitur. Nolle humiliari Deo, & tamen vilissimam creaturam dominum supra se & principatum recognoscere, ac subire, que disconveniens!

Non minor est disconvenientia que provenit ex secundo effectu, nempe ex alligacione potentiarum, tam in ordine ad se, quam per ordinem ad locum. Nam quanto aliqua forma est perfectior, tanto est activior, & quanto activior, tanto majorem habet inclinationem ad operandum; unde detentione ex alligacione operatur, non potest non esse illi maxime disconveniens ac repugnans: Angeli autem sunt forme activissimae: Ergo non potest excogitari major disconvenientia & afflictio, quam impedimentum ne operentur sicut, & quando volunt. Item, ut discurret S. Thom. quasi de anima art. 21. *Qualiter spiritualis substantia, quantum est de sua natura, non est obligata ad locum, sed transiendae rationem ordinem corporalem: quod ergo alligatur alicui, & detentetur ad aliquem locum per quamdam necessitatem, est contra ejus naturam & contrarium appetitui naturali: Ergo & maxime illi disconveniens ac doloriferum.*

63 Ut hac magis declaretur, verba Cajetani qua habet tom. 3. opuscular. in oratione de hac materia habita Romae coram Julio II. Summo Pontifice, referemus: in illis enim qua haecenus diximus, elegantius describuntur, & alia superadduntur. Sic ergo loquitur doctissimus ille Cardinalis: *Definitus igitur non natura, sed videtur in loco spiritus, naturalem libertatem ac dignitatem, qua nulli subijciatur corpori, qua omne corpus evincit, qua omni corpori praesentem praesentem infelicitissimus perdidit, & se perdidit miseris meret, atque moriendo infelicitate cruciatur. Afflictatur intellectus, quando suae captivatis erumnam non recogitare subinde non potest; cumque multa simul meditari nequeat, ab aliorum omnium qua levamen afferre possent consideratione prohibetur. Et quamquam meditatio poenae, poena non fit, cum liber quis meditare solet, nihil ad se sentiens, aut metuens, atque ubi praesens est doloris obiecto, ubi summam vim exercet in meditantem, ubi denique meditatio ipsa coacta est, nihil acerbitas animum quam hujusmodi consideratio afficere potest. Afflictatur voluntas: quippe ab omni delectabili depulsa, id ferre compellitur quo designatur, respicit, abhorret; quam maxime odit Dei iustitiam, cui precipue invidet: divinae celsitudinem magnificari in propria & ea abjectissima poena, dolet, gemit, corroditur. Afflictatur denique actus potentiae: siquidem divini ignis addita, nulla lae certe modica possunt exercitatione sese subijcis admoveere rebus. Quod eo intolerabilis est, quo tanta eis vis ineat, ut commoverentur singulari possent. Accedit ad haec, quod ignis perennialis est eis definitus carcer, & dolor; ita ut nulla valeat minuere aut mollescere adventans conditio, sed semper uti ab initio acerbissime morere opus est: neque enim detracti spiritus oblivioni mederi, meditationi vacare, affectum deponere, sese adhortari, facere (ut ajunt) de necessitate virtutem usquequoque valent. Nulla eis clementia aut varietatis spes; nulla in praeteritae temporis eventu expectatio: sed quas luunt poenas nunquam terminandas aut minucendas certissime sciunt, immo invitati, ad mœroris culmen, clara luce vident.*

63 Secunda pars conclusionis probatur, singulas eorum opinionones qui oppositum docere impugnavit. In primis enim non potest ignis torquere Demones imprimendo illis suum calorem, ut docuit Henricus: tum quia accendens corpus recipi non potest in substantia spirituali: tum etiam, quia dato & non concesso, quod calor ignis recipi posset in substantia vel potentia Demonis, nihil in ipsa laederet aut corrumpere, subindeque non esset illi, sicut substantia corporeae, causa doloris.

64 Non minus impossibilis est illa alia poena alligacioni superaddita, quam in Demonibus statuitur Aegidius, Richardus, & Gabriel, dicentes eos torqueri per immersionem speciei representativae ipsius ignis, tamquam eorum tormentum, vel per intellectionem suae miseriae, immediate ab igne inferni in eis causantem. Quantum enim ad intellectionem, cum sit actio vitalis & immansens, non potest fieri sine procedere a principio extrinseco, quale est ignis inferni respectu Demonis, sed solum ab intrinseco. Quantum vero ad speciem, praeterquam quod Demon ab initio suae productionis impressus habet ab auctore naturae omnium rerum ad illud universum pertinentiam speciei, subindeque superflua omnino videtur novae speciei, ignis inferni representativae impressio: dato & non concesso quod daretur talis speciei, non potest esse Demoni disconveniens, nisi vel quia ligat & necessitat intellectum Demonis, ut vellet nolle intelligat per illam, vel quia illi representat ipsum ignem, ut obiectum horribile & diffonum, ipsum illi proponendo tamquam impedimentum, & vinculum a quo detinetur & captivatur: illi autem duo effectus non distinguuntur a poena alligacionis: sed sub ipsa conti-

mentur, & comprehenduntur, ut patet ex supra dictis. Ergo, &c.

Quoad aliud tormenti genus, confitens, ut ait Suarez, 65 in qualitate substantiam Demonis sedante & maculante, non minus scilicet est: quia nulla forma est disconveniens suo subiecto, subindeque nec ipsi causa doloris & poenae, nisi tollendo ab eo aliquid conveniens, vel impediendo, aggravando, aut retardando aliquid ejus inclinationem: non potest autem talis qualitas in doctrina sui auctoris esse disconveniens primo modo, quia, ut ipse ait, illa nihil destruit aut tollit a substantia Demonis: neque etiam secundo, quandoquidem ex una parte retardatio & aggravatio inclinationum Demonis sunt effectus formales alligacionis; ut antea declaravimus; ex alia vero eam docet Suarez, & proponit tamquam poenam omnino distinctam ab alligacione: Ergo &c.

Respondet Suarez: qualitatem illam esse disconvenientem naturae Demonis, non ex eo quod tollat ab eo aliquid conveniens, vel impediatur, aggravatur, aut retardat aliquid ejus inclinationem, sed quia sedat, deturpat, & veluti maculat ejus substantiam.

Sed contra: Non potest intelligi quod aliqua qualitas 67 reddat aliquid subiectum difforme, nisi aliquid ab eo removeat: Sed illa qualitas, in doctrina sui auctoris, nihil omnino tollit a substantia Angeli: Ergo illam sedare, deturpare, & maculare non potest.

Confirmatur: Fœdari & deturpari est emittere aliquid palcritudinem: Sed nullam ex qualitate illa quam fingit Suarez potest Angelus emittere palcritudinem: Ergo per illam non potest Angeli substantia fœdari. Major patet; Minor probatur. Palcritudo & perfectio naturalis manifeste integra in Demonibus post peccatum: illa enim consistit in integritate substantiae, perficitate intellectus, & excellentia voluntatis, que omnia remanent in Demonibus, palcritudo vero supernaturalis, quae provenit a gratia sanctificante, & virtutibus infusis, expellitur solum per peccatum ipsum contrarium: unde ea tulle privati Demones in secundo instanti in quo peccaverunt: qualitas vero quam fingit Suarez, fuit illis impressa solum in tertio instanti, in quo damnati sunt, ut ipse tæteat: Ergo &c.

Ado quod, in proprio qualitate, dehonorentur substantiam Angeli, non magis proprie dici potest combustio, quam alligatio & detentio Demonum in igne inferorum ut in carcere: Atqui Suarez qualitatem illam tædentem substantiam Angeli fingit, ut salvet in rigore sententias Scripturarum & Patrum, quando dicunt ignem inferni urere Demones: Ergo qualitas illa inutilis est, & sui auctoris intento non deservit.

Non placet etiam illorum sententia, qui dicunt ignem 69 inferni torquere Demones, & animas separatas, causandam in illis dolorem & tristitiam ejusdem rationis cum illa, quam in voluntate patitur anima conjuncta, quando corpus igne comburitur. Nam quicquid sit de animabus, saltem respectu Demonum, evidens est nullum posse dari obiectum, vel idem, vel ejusdem rationis cum obiecto, de quo dolet anima corpori unita, propter aditionem, vel lesionem ipsius corporis: Ergo nec potest dari in illis dolor ejusdem rationis. Consequenter patet; siquidem dolor, & quilibet actus appetitus sequi debet genus & conditionem obiecti. Antecedens vero probatur: Obiectum illius doloris quem patitur anima in voluntate, dum corpus igne exurit, est illa qualitas sensibilis, & dolorifera, quatenus est destructiva compositi, cujus anima pars est, & voluntas inclinatio: Sed talis qualitas non potest reperiri in Angelis, quia Angeli sunt incapaces qualitatibus sensibilibus, neque sunt partes alicujus compositi physici: Ergo nec in eo reperiri potest obiectum ejusdem rationis cum illo de quo dolet anima corpori unita, dum corpus exurit.

Confirmatur: Ignis urens, dum anima est in corpore, 70 causat dolorem non modo sensibilem in appetitu corporeo, sed etiam spirituales in voluntate, propter unionem & sympathiam quam anima habet cum corpore, & quia, cum voluntas sit appetitus totius suppositi, habet pro obiecto bonum & malum ejusdem totius, sive ad animam sive ad corpus spectet, & de utroque percipit dolorem vel gaudium: Sed talis sympathia non potest esse in Angelo, cum non habeat aliquod corpus sibi naturaliter unitum, sicut anima, & fit essentialiter forma completa & per se subsistens: Ergo nec dolor ejusdem rationis cum illo quem patitur anima corpori unita.

S. V.

Præcipua objectiones solvantur.

Obijciunt primo: Scriptura & SS. Patres distinguunt 71 inter hoc quod est, esse in igne vel inferno, & cruciari ibi ab ipso igne, immo interdum afferunt spiritus ab igne inferni ureri, cremari, &c. Ergo prater alligacionem, aliam poenam sensus ab igne provenientem in Demonibus agnoscunt. Consequenter videtur bona, Antecedens vero constat ex historia divitis Epulonis Lucae 16. ejus enim anima

anima in inferno existens, dicebat se non tantum detineri, sed etiam cruciari in flamma, unde & refrigerium aque postulabat. Hinc Tertull. lib. de anima cap. 7. *Dolet (inquit) apud inferos anima cruciari, & puniunt in flamma, & cruciatur in lingua, & de digitis anime felicitatis, implorat auxilium veris.* Et Gregor. lib. 4. Moral. cap. 28. *Res corpora incorporea exurit, dum ex igne visibilis ardor, ut dolor invisibilis trahitur: ut per ignem corporum mens incorporea etiam incorporea flamma crucietur.*

72 Confirmatur ex Augustino 22. de civit. c. 10. ubi ait: *Miris ac ineffabilibus modis spiritus incorporei poena corporalis ignis affligi: Sed si non alligantur alicui ab igne, quam concipiendo tristitiam ex eo quod sint illi alligati, non miris & ineffabilibus modis ab eo cruciarentur; facile enim est intelligere, eos divina virtute alligari igni, & inde concipere moerorem: Ergo prater alligacionem, alia poena sensus ab igne proveniens, in Demonibus necessario admittenda est.*

Ad objectionem concessio antecedente, nego Consequentiam. Alligatio enim Demonum ad ignem inferni, non dicit simpliciter solum detentionem & incarcerationem, ut Adversarii autem, sed etiam plures alios effectus supra explicatos, qui accerbitur in Demonibus causant dolorem & cruciatur: unde ratione illorum verificatur testimonia Scripturae & SS. Patrum, qui aliud poenae genus in Demonibus agnoscunt, praeter hoc quod est detineri ab igne.

73 Ad illud quod additur de urione, in primis dico, locutiones illas Scripturae non posse in proprietate ferri intelligi, sed necessario esse in sententia metaphorico intelligendas: quia cum utio sit passio corporea, manifeste est illam non posse in Demonibus & animabus separatis reperiri formaliter.

Secundo respondeo quod sicut aqua baptismi dicitur lavare animam, non quod reipsa illam attingat & abluat, sed quia ipsa corporalis ablutio eam disponit, & reddit capacem ut elevetur a Deo tamquam instrumentum, ad producendam gratiam in anima pueri, & delendam maculam originalis peccati. Ita pariter in Scriptura ignis inferni dicitur urere Demones, non quod reipsa illos comburat, sed solum quod torquet ipsos per ipsammet urionem, quatenus per illam utroque propriam actionem ignis, modificatur actio principalis agentis; scilicet Dei, per quam modis supra explicatis, accerbitur cruciatur.

74 Ad confirmationem dico, quod cum alligacionem Demonum non possimus scire pro presenti statu comprehendere, nonnulla sicut circa eam que non ita animum quietant, quamvis prater illam nullum aliud admittatur in Angelis praevicatoribus tormentum, ad poenam sensus pertinens, sufficienter tamen adhuc verificatur doctrina Angulitii, afferentis illos miris & ineffabilibus modis ab igne tartareo cruciari.

75 Obijciunt secundo: Alligatio Demonum non pertinet ad poenam sensus: Tum quia alias cum anima puerorum, qui soli originali peccato obnoxii decesserunt, maneat in Lybno semper alligata, falsa esset communis Theologorum doctrina, afferentium nullam esse in eis poenam sensus: Tum etiam quia non videtur in alio consistere ejusmodi alligatio, quam in eo quod Demones, a loco calis excludit & prohibet, commemorari cogatur infra caelum in aliquo alio loco; quod totum ad poenam damni pertinet: Ergo prater detentionem illam, necessario admittendum est quiddam aliud in Demonibus, quod ad poenam sensus pertinet.

76 Respondeo negando Antecedens. Ad primam ejus probationem dico, existentiam puerorum cum solo originali decesserunt in Lybno, non esse proprie alligacionem, sed esse duntaxat praesentiam ipsorum in tali loco. Ut enim anima dicatur alicui loco alligata, vel corpori, non sufficit quod ei sit semper praesens, sed requiritur insuper quod ejus praesentia ad locum illum, sit cum subjectione, depressione, & violentia, quod tamen non habet praesentia illa qua pueri dicuntur manere in Lybno, quippe qui nullam omnino a loco illo patiuntur subjectionem aut violentiam, neque ab aliqua ex operationibus sibi connaturaliter debitis vel vultus impediuntur, nec ad aliquid nolitum applicantur. At vero existentia & remanentia Demonum in loco (que est effectus ignis tartareo) non est nuda eorum praesentia, sed praesentia ut alligata subjectione & violentia: utpote ratione cujus Demon quoad suam naturam, subijciunt igni, ipsum ad ea duntaxat quae non vult applicant, & ab omnibus, vel saltem pluribus quae vellet, impediunt.

Ad secundam probationem, nego illam; alligatio enim quam ab igne inferni patiuntur Demones, prater eorum existentiam & remanentiam extra caelum, qua sequitur ad poenam damni, essentialiter dicit subjectionem ad ignem, ipsos loco violenter applicantem & detinentem: quod certe constituit poenam, ab ea quae damni dicitur valde diversa.

77 Obijciunt tertio: Poena sensus necessario admitti debet inaequalis in Demonibus, & minor in animabus quae in

purgatorio detinentur, quam in illis quae in inferno capiuntur: Sed hoc non potest admitti, absque eo quod in Demonibus & in animabus illis constituitur poena aliqua sensus, ab eorum alligacione distincta. Ergo talis poena necessario admitti debet. Major est certa: poena enim sensus debet proportionaliter culpae Demonum & animarum; culpa autem sive peccatum Demonum, non est in ipsis aequalis, in animabus vero iustorum, quas captivat ignis purgatorii, vel est veniale duntaxat, vel si sit mortale, est peccatum remanens tantum quoad poenam; cum tamen in damnatis sit mortale non dimissum, neque quoad culpam, neque quoad poenam. Minorem vero probat Suarez, quia (inquit) poena alligacionis vel detentionis non recipit magis & minus; est enim positiva praesentia in loco, indivisibilis & totalis in singulari.

78 Respondeo negando Min. & ejus probationem. Non enim alligatio Demonum ab igne tartareo causata, est nuda, ut existimavit Suarez, eorum praesentia in loco, sed ut jam dixi, praesentia eos violentans & subijciens igni; subindeque major vel minor in ratione alligacionis & poenae; primo intensivo, juxta videlicet majorem vel minorem perfectionem specificam vel individualement naturae singularium Demonum vel animarum, quam subijciunt igni, & juxta inaequalitatem inclinationum quas in eis violentat; secundo extensivo, vel quia una ex Demonibus ligat in pluribus operationibus, quam alium; animam autem in purgatorio existentem, relinquit liberam, quoad exercitium aliquarum operationum, circa quas animabus in inferno positis nullam omnino relinquit libertatem, vel quia istas, aut unum Demonem, subijci pluribus corporibus ligantibus, quam illam, vel alterum Demonem, puta igni, aquae, terrae, sulphuri, & aliis.

Obijciunt ultimo: Multi sunt qui in Demonibus qui non 79 detinentur in inferno, nempe illi qui per nostrum aereum discurrere permittuntur, & qui propterea ab Apostolo aeres praesentes appellantur; de quibus Tertullianus Apolog. c. 22. ait: *stabant aereis & de vicinis siderum, & de commercio nubium, caelestes sapere parantur:* Ergo vel nulla admittenda est in eis alia poena, praeter eam quae est damni; vel si aliqua alia admittatur, sicut debet admitti, erit distincta ab alligacione ad ignem inferni.

Respondent aliqui, Demones qui sunt in hoc aere caliginoso, nondum recepisse ultimum essentiale supplicium, nec complementum infernalis tormenti. Ita Cajetanus in Commentariis ad caput secundum Epistolae a. D. Petri, ubi haec scribit: *Servatos autem seu servandos Demones in judicium dicit (Apostolus) quia adhuc non sunt extremae damnationi subijti; sed hoc extremo judicio reservantur. Unde & Dominus in Evangelio dicit de igne aeterno, qui paratus est Diabolo & Angelis ejus, & non dicit, qui paratus est Diabolo & Angelis ejus. Huic sententia favent alii qui ex SS. Patribus: Fulgentius in libro de Trin. c. 8. sic ait: *Quaedam pars Angelorum, volens sui Creatoris favore voluntatem, ab ejus contemplatione deserta, servatur in judicio punienda, Petro Apostolo dicitur eos in judicium reservari.* Et mox: *In hujus aereis inna detrahit, servantur in judicium puniendi.* Gregorius 4. Dial. c. 26. Diabolam & Angelos ejus, in suis corporibus igne cruciantes esse ait: Bernardus in Sermone de transitu S. Malachiae: *Definita quidam (inquit) sed nondum promulgata sententia est. Denique jam Diabolo ignis paratus est, est nondum illo precipitatus in ignem, multo adhuc tempore solum malignari.**

Verum licet haec sententia fidei contraria non sit, cum nec Scriptura, neque Concilium ullam haecenus docuerit, Demones omnes extrema illa supplicia perpetui, paraata is esse iudex ipse dicit, non videtur tamen rationi consentanea: nam ut ait D. Thom. hic art. 4. ad 3. *Dicendum est quod idem judicium sit de malis animabus & malis Angelis, sicut idem judicium est de bonis animabus & bonis Angelis, praesertim cum Damasc. lib. 2. a. fidei cap. 4. asserat id Angelis esse casum, quod hominibus est mors: Sed animae in peccato mortali existentes, statim post mortem recipiunt ultimum essentiale supplicium, nedum quoad poenam damni, verum etiam quoad poenam sensus, ut patet de anima divitis epulonis Lucae 16. dicente, *Crucior in hac flamma.* Unde Gregorius 4. Dial. c. 28. *Si esse sanctorum animas in caelo sacri eloqui satisfactione credidisti, oportet ut per omnia esse credas, & iniquorum animas in inferno, quia ex retributione aeterna iustitiae, ex qua iusti jam gloriantur, necesse est per omnia ut & iniusti cruciarentur.* Nam sicut electos beatitudine laetificat, ita credit necesse est, quod a die exitus sui ignis reproborum exurat. Quare cum Angelis sancti beatitudine perficiantur, pariter dicendum est, Demones qui in hoc aere caliginoso versantur, ultimum essentiale supplicium, nedum quoad poenam damni, sed etiam quoad poenam sensus recepisse.*

Respondent secundo alii, Demones in hoc aere existentes, secum deserere particulam quandam ignis infernalis, ibi ipsos incarcerantis. Ita docere videtur Glossa ordinaria ad cap. 3. Jacobi, ubi de Demonibus illis ait: *Portant secum ignem gehennae quocumque vadunt.* Eidem sententia favet Venerabilis Beda in Commentariis ad idem caput,

caput, ubi de Dæmonibus scribit: Ubicumque in aere volitant, vel in terra, aut sub terris vagantur, sine destinatione, suam rem ferunt...

- 81 Verum hæc sententia multiplicat miracula sine necessitate: esset enim miraculum quod ignis ille coram oculis nostris positus non videretur...
- 82 Respondet ergo primus cum D. Thom. hic art. 4. ad 3. Dæmones quamvis non alligantur...
- 83 Adde ex eo quod aliqui Dæmones permittuntur exire ad tempus ex inferno...
- 84 Secundo dici potest ignem inferni elevari ut instrumentum divine justitiæ...

DISPUTATIO XV.

De illuminatione & locutione Angelorum.

Ad quaestiones 106. & 107. Divi Thomæ.

Postquam D. Thom. de Angelis, tam in esse naturali, quam in esse gratæ consideratis, ac de illorum lapsu & pena luse tractavit, interponit sermonem de aliiis creaturis, tum pure corporis, tum de creatura mixta...

ARTICULUS I.

Utrum unus Angelus illuminet alium?

Omne illuminationis nihil aliud intelligunt Theologi, quam manifestationem veritatis ignote: sicut enim per lumen corporeum manifestantur colores...

§. I.

Conclusio affirmativa statuitur.

Ico breviter: unus Angelus alium illuminat. Ita communit Theologi cum D. Thom. hic art. 1. contra Durandum in 2. dist. 11. quest. 3.

Probatur primo ex Scriptura, & SS. Patribus. Nam Isaie 63. & Psalm. 23. quidam Angeli triumphum Christi ascendentes in celum admirantes, sciscitantur a superioribus Angelis...

rite a prioribus hoc dicere, Dominum esse virtutum celestium, Regemque gloriæ, cum qui in celis, ut hominem decuit, assumptus est. Et capite sequenti docet quod Angeli secundæ Hierarchie purgantur, illuminantur & perficiuntur per Angelos primæ Hierarchie, quos vocat specula preclauda...

Favet etiam alii SS. Patres: Nazianzenus enim orat. 40. in sanctum Baptisma, post initium, Angelum appellat, secundum lumen, & rutilum primi luminis, participationem ac ministerium illuminationum habentem. Similiter Damascenus lib. 2. fidei cap. 3. Secundarius (inquit) spiritalis luminis sunt Angeli, ex principio illo ac semper in lumine splendorem habentibus...

Nec valet responso Durandi, dicentis SS. Patres solum velle, quod Deus illuminat Angelos inferiores mediatis superioribus, non mediacione causalitatis, sed dignitatis, quatenus ipse prius illuminat superiores, & postea alios. Non valet, inquam, hoc solutio. Tum quia verbum illud, infundunt, quo utuntur SS. Patres...

Probatur secundo conclusio ratione D. Thom. Illuminare nihil est aliud, quam ignotam veritatem manifestare: Sed Angeli superiores manifestant inferioribus veritatem ignotam: Ergo eos illuminant. Minor probatur: quia Angelus superior accipit a Deo veritatem in universali quadam conceptione, quam inferior non potest percipere...

Confirmatur ex D. Thom. quest. 9. de verit. art. 1. ad 3. Sicut Medicus qui considerat res valde in particulari, non desinit sua principia immediate a Metaphysico, qui considerat res maxime in universali, sed potius a Physico, qui non habet principia ita universalia sicut Metaphysicus...

Tertio suaderi potest conclusio, alia ratione D. Thom. hic art. 4. in corpore, ubi sic dicitur: Omnes creaturae ex divina bonitate participant ut bonum quod habent in alia diffundant:

dant: nam de ratione boni est, quod se aliis communicet. Et inde est etiam quod agentia corporalia similitudinem suam aliis eradunt, quantum est possibile. Quamvis igitur aliqua agentia magis in participatione divina bonitatis constituuntur, tamen magis perfectione suæ nituntur in alios transfundere. Unde B. Petrus monet eos qui divinam bonitatem per gratiam participant, dicens 1. Petri 4. Unusquisque secum accipit gratiam in alterum illam administrans, sicut boni dispersores: multiformis gratia Dei. Multo igitur magis confirmatur: Sicut enim licet Deus possit omnia per seipsum immediate causare, non tamen vult, quia hanc perfectionem causandi vult etiam tribuere creaturis; ita etiam non vult, quamvis possit, omnes creaturas intellectuales per seipsum immediate illuminare, sed aliquas illis mediatis, quia hanc perfectionem illuminandi vult etiam tribuere creaturis...

§. II.

Solentur Objectiones.

Obijcies primo, Apoc. 11. dicitur quod civitas Hierusalem non eget Sole neque Luna, id est lumine creato, quia claritas Dei illuminavit eam: Ergo cum Angeli Beati sint cives hujus civitatis, non illuminantur nisi a Deo.

Secundo, Beaticæ, pertinet ad Solium Deum: Sed illuminare est beatificare, sicutem accidentaliter: Ergo solus Deus illuminat.

Tertio, Intellectus Angeli inferioris est perfectior nostro intellectu agente: Sed intellectus agens ex sua perfectione habet quod non possit illuminari: Ergo Angelus inferior a superiori illuminari non potest.

Ad primum respondeo cum D. Thom. qu. 9. de verit. art. 1. ad 13. illa verba Apocalypsis intelligi de pertinentibus ad visionem beatam.

Ad secundum dico quod beatificare essentialiter, tam effectivè largiendo lumen, quam objective terminando visionem, pertinet ad solum Deum: beatificare autem accidentaliter, sicut potest pertinere ad aliquid creatum, per modum objecti; ita & quodammodo per modum efficientis: quamvis Deus semper dicatur absolute primus promotor; quia si aliquid creatum concurrat, hoc totum est ex ordinatione ac dispositione infinitæ Dei Sapientiæ & Providentiæ.

Ad tertium nego paritatem: quia intellectus agens hominis non est cognoscitivus, bene autem intellectus Angeli inferioris: quod autem illuminatur, debet prius esse cognoscitivum.

§. III.

Corollarium notandum dignum.

EX dictis colliges primo, quod licet superior Angelus inferiorem illuminet, non tamen e contra inferior superiorum. Ita D. Thomas hic art. 3.

Probatur: Licet Angeli inferiores possint loqui superioribus, & illis conceptus suos manifestare, id tamen non faciunt proportionatum illis species, & confortando lumen, ac distinctius rem proponendo; quia nimirum inferiores sunt, & luminis imperfectiores; Ergo Angeli inferiores non illuminant superiores. Et in hoc (ut observat idem S. Doctor ibid. in respons. ad 1.) differt celestis Hierarchia ab ecclesiastica, quia licet a caeli derivetur, ac eam representet, & aliquater imitetur, non tamen perfecte consequitur ejus similitudinem: in Ecclesiastica enim interdum qui sunt Deo per sanctitatem propinquiores, sunt gradu infimi, & scientia non eminentes; & propter hoc in illa superiores ab inferioribus doceri possunt.

Contra hoc corollarium objici potest: Varia mysteria Angelis innotuant per Ecclesiam, id est per Apostolos ipsi Angelis inferiores: juxta illud Apostoli ad Ephes. 3. Ut innotescat Principatus & Potestates per Ecclesiam multiformis sapientiæ Dei: Ergo a fortiori superiores Angeli poterunt illuminari ab inferioribus.

Respondent quidam apud D. Thom. ibid. le. 3. quod etiam videtur innuere Glossa) concedendo Angelos laicè illuminatos ab Apostolis; neque hoc esse inconveniens, quia Apostoli fuerunt Sacerdotes, id est a Deo immediate edocti: quare sicut superiores Angeli, qui immediate illuminantur ab ipso Deo, possunt alios illuminare;

ita & Apostoli poterunt illuminare Angelos. Unde Chrysostomus in Commentariis in Epistola ad Ephesios, prædicta Apostoli verba exponens, fute demonstrat ab Apostolis illustratos esse Principatus & Potestates, hoc est supremos Angelorum ordines, & quæ hæcenus ignorabant, hos ab illis didicisse. Id autem potissimum fuit gentium ad Christum, fidemque convertio, quod nondum scivisset Angelos demonstrat ex Gabrielis verbis ita S. Josephum alloquentis: Vocabis nomen ejus Jesum: ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum; tanquam solum Judaici populi salutem cogoverit. Item Hieronymus in Commentariis ad illum locum, existimat Angelos plura ad Incarnationis mysterium, & conversationem Gentium pertinentia scivisse, ac per Ecclesiam intellexisse. Similiter Gregorius Nilivensis homilia in Canticum Cantorum, eadem Apostoli verba expendens, docet per Ecclesiam innotuisse Angelis varias & multiplicem Dei sapientiam; id est (ut ipse interpretatur) magna & admirabilia quadam opera & mysteria, contrariis ex rebus contexta. Hæcenus (inquit) simplicem & uniusmodi potestatem Dei, & efficientiam intelligebant Angeli, qui una & simplici Dei voluntate, ac solo verbo omnem illam conditarum rerum varietatem existisse viderant. Varium autem illud & multiplex genus sapientiæ, quod ex contrariis verbis invicem nexis, aptissime constat per Ecclesiam manifeste cognoverunt: quemadmodum Verbum caro factum est: atque vita cum morte miscetur: quomodo livore nostra vulnera perstrant: quomodo crucis infirmitate vires hostis evortit: quemadmodum id quod asportabile non est, in carne manifestatur: neque captivus rediit idem ille qui emptor est, & pretium: tanquam innotuisset mortem sic obit, ut a vita non recederet, & hujus generis infinita. Adit aliquid majus & audacius, nimirum, fortasse Angelos, per sponsam ipsi pulcherrimam convenientes, obsequiosos esse; quare quidem pulcherrimam nulla animo res videretur & comprehendere potest. Quem enim nemo vidit unquam, ut dicit Joannes, nec potest videre quisquam, ut Paulus resatur, ille corpus suum fecit Ecclesiam, & per eorum qui salvantur accessum, in caritate illam adificat, donec occurramus omnes in unum perfectum. In hac igitur Ecclesia, velut sponsi corpore, Angelos ait Nilivensis, cum quem intueri hæcenus non poterant, contemplatos esse. Quemadmodum qui Solis orbem, in similia dirigere oculos nequeunt, in aqua respiciunt, in qua habet Rupertus lib. 1. de victoria Verbi Dei, cap. 29.

Sed contra: Quamvis aliquis videri sit perfectior in gratia, quam sit aliquis Angelus, semper tamen est imperfectior in statu, unde Christus dicebat Matth. 11. Non surrexit inter natos mulierum major Joanne Baptista: qui autem minor est in regno celorum, major est illo: ad illuminandum autem requiritur perfectior status. Deinde Apostoli immediate quidem, quantum ad naturam humanam, fuerunt edocti a Christo: Sed Angeli beati immediate vident essentiam divinam: Ergo non est congruum quod illuminentur a viatoribus. Ita S. Thom. in c. 3. Epistolæ ad Ephes. ubi hæc scribit: Non est conveniens, nec ratio aliqua, ut dicamus sanctos, qui sunt in patria, doceri a quantumcumque perfectis viatoribus. Nam licet inter natos mulierum non surrexerit major Joanne Baptista, tamen qui minor est in regno celorum, major est illo, ut dicitur Luca 7. Dicere autem quod Dæmones doceantur ab hominibus, hoc absque præjudicio credibile est. Sed quod Beati, qui immediate Verbum conspiciunt, quod est speculum sine macula, in quo relucent omnia a viatoribus doceantur, dici non debet, nec conveniens videtur. Dicendum est ergo quod innotuit Angelis per Ecclesiam, primo per Apostolos prædicantes, non quod Angeli hoc didicerint ab eis, sed per eos. Hoc vero postea apostifimo exemplo declarat. Ut enim domum, vel exemplar potius domus, quod in mente est artificis, nullus hominum videt: ea vero ubi condita est, quilibet id quod ante in artificis animo latebat, edocetur, non per domum, sed in domo. Sic nonnulla sunt rationes mysteriorum gratiæ, creatura capere excedentes, quæ non sunt indita mentibus Angelorum, sed in solo Deo sunt occulta. Et ideo Angeli non cognoscunt eas in se ipsis, nec etiam in Deo, sed cognoscunt eas secundum quod in effectibus explicantur. Hanc doctrinam & solutionem breviter explicat in 2. sent. dist. 11. q. unica art. 4. his verbis: Angeli dupliciter accipiunt cognitionem aliquarum rerum: aut per illuminationem, & sic Angeli per homines nihil recipiunt, sed inferiores a superioribus illuminantur, & superiores immediate a Deo; per quem modum multas rationes mysteriorum Ecclesiæ edocentur: aut per modum explorationis rerum, & sic futura contingentiæ cognoscunt, quando actu complentur, per hoc quod eorum casus ad effectus determinantur, ut in eis cognosci possint; & ita quadam quæ circa Incarnationis mysterium nesciebant, quando explorantur & prædicationibus Apostolis cognoverunt, non tamen ab Apostolis edocti. Quibus verbis aperte docet, Angelos non potuisse ab Apostolis edoceri, per modum illuminationis, cum ad illuminationem requiratur quod illuminatus non sit in perfectiori statu quam illuminans, sed tantum per modum explorationis rerum: in quo sensu loca adducta ex Chrys. & Greg. Niliv. intelligentia sunt.